Clas. 13 Lit. C.

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO
31
2 B
28

BIBLIOTHECA ANGELICA LITTERATORVM LITTERARVMQ. AMATORVM

commoditati dicata

Romæ in Aedibus Auguſtinianis.



B A
B. FONS. AR.

ROMAE. M. DC. VIII.
Apud Stephanum Paulinum.
Superiorum permiſſu.

Ad Portæ Bibliothecæ Dextram

Inſcriptio marmore inciſa.

F. ANGELVS. ROCCA. CAMERS
ORDINIS. FRATRVM. EREMITARVM
SANCTI. AVGVSTINI. ALVMNVS
EPISCOPVS. TAGASTENSIS. ET
APOSTOLICI. SACRARII. PRAEFECTVS
BIBLIOTHECAM. OMNI. ARTIVM. ET
SCIENTIARVM. GENERE. REFERTISSIMAM
VIRORVM. ITEM. ILLVSTRIVM. ICONIBVS
AD. VIVVM. EXPRESSIS. ORNATAM
LONGO. TEMPORVM. SPATIO. MAGNOQVE
LABORE. AC. SVMPTV. COMPARATAM
COENOBIO. SANCTI. AVGVSTINI. VRBIS
STVDIOSORVMQVE. OMNIVM
NON. SOLVM. RELIGIOSORVM
SED. ETIAM. CLERICORVM
ET. LAICORVM. COMMODITATI
DAT. DICAT. DONAT
VT. ANIMI. GRATI. PIETATEM
ERGA. FAMILIAM. AVGVSTINIANAM
PARENTEM. ALTRICEM. SVAM
ET. ERGA. LITTERATOS. LITTERARVMQ.
AMATORES. PROPENSIONEM
VIVIS. POSTERISQVE. PATEFACIAT
ANNO. SALVTIS. M. DC. IV.

Ad Portæ Bibliothecæ læuam.
Inſcriptio marmore inciſa.

BIBLIOTHECA. ANGELICA

CAVTVM. EST. VT. NE. QVIS. HANC
BIBLIOTHECAM. VEL. MINIMAM. EIVSDEM
BIBLIOTHECAE. SEV. LIBRI. SIVE. CVIVSCVNQVE
ALTERIVS. REI. IN. DIPLOMATE. PONTIFICIO
CONTENTAE. PARTEM. AVFERRE. ABSTRAHERE
ALIOVE. ETIAM. STVDENDI. COMMODITATE
ASPORTARE. AVDEAT. QVI. SECVS. FECERIT
ANATHEMATIS. VINCVLO. STATIM
ALLIGATVS. ESTO. NONNISI. A. SVMMO
PONTIFICE. ABSOLVENDVS
QVI. VERO. DICTAM. BIBLIOTHECAM
VEL. MINIMAM. ITEM. EIVS. PARTEM
VENDERE. AVT. VLLO. PACTO. AB. HAC
DOMO. ALIENARE. AVSVS. FVERIT
PRAETER. EXCOMMVNICATIONIS
LATAE. SENTENTIAE. POENAM
BIBLIOTHECAM. IPSAM. VNIVERSAM
CVM. OMNIBVS. ET. SINGVLIS. REBVS
AD. EAM. SPECTANTIBVS. AD. CAMERAM
APOSTOLICAM. PRO. BIBLIOTHECA
VATICANA. ILLICO. DEVOLVTAM
ESSE. SCITO

Græca Inſcriptio, Latinè reddita, liberum
omnibus Litteratis, litterarumq. amatoribus,
Bibliothecam ingredi volentibus,
quicunq. illi ſint,
aditum ſtatis horis patere,
laconicè monet.

Supra eiuſdem Bibliothecæ Portam

ΤΟΙΣ· ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣ·

VOLENTIBVS·

BIBLIOTHECA ANGELICA

Litteratorum, Litterarumq. Amatorum commoditati dicata Romæ in Aedibus Auguſtinianis.

BIBLIA . SACRA.

BIBLIA Complutenſia, & Regia, quattuor impreſſa linguis; Hebraica ſcilicet lingua, Chaldaica, Græca, & Latina.

Biblia Louanienſia æneis figuris, aut imaginibus referta, poſtillis marginalibus, varijs lectionibus, & notationibus eruditiſſimis illuſtrata.

Trãſlatio Septuaginta Interpretũ Latinè reddita.

Variæ Bibliorum verſiones Latinæ diuerſorum Auctorum.

Vetus Teſtamentum Hebraicè, Græcè, Chaldaicè, & Latinè impreſſum.

Pentateuchus Hebraico, Græco, atque Chaldaico idiomate impreſſus, vnicuique ſua Latina interpretatione adiuncta.

Pentateuchus item Hebraicè impreſſus, & Latinè interpretatus; Cantica etiam Canticorum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, Heſter, Hebraicè impreſſa, & Latinè interpretata.

Biblia Hebraica cum interpretatione interlineari, & cum punctis, & ſine interpretatione.

Veteris teſtamenti pars, quæ Hebraicè non inuenitur, Græcè impreſſa, & Latinè interpretata.

Veteris teſtamenti reliquum Hebraico, Græcoq. idiomate impreſſum, adiuncta vtrique ſua Latina interpretatione.

Pſalterium Hebraicum, Græcum, Arabicum, & Chaldæum cum tribus Latinis interpretationibus, & Gloſſis.

Pſalterium quincuplex, Gallicum ſcilicet, Romanum, Hebraicum, Vetus, & Conciliatum.

Pſalterium Hebraicum, Chaldæum, Græcum, & Latinum.

Catenæ item in Geneſim, in Exodum, & in Pſalmos, Græcis, ac Latinis Expoſitoribus refertæ.

Commentariorum denique in Pſalmos tàm veterum, quàm recentiorum Scriptorum magna congeries.

Apologetici libri pro lectione Apoſtolica, & Euangelica; pro vulgata Sãcti Hieronymi editione, pro Tranſlatione LXX. Interpretum; proq. omni Eccleſiaſtica lectione contra eorumdem obtrectatores.

Idiotiſmi Hebraici communes, & familiares.

Introductio ad legendam linguam Hebraicam ſine punctis conſcriptam.

Muſica Hebraica ſub accentuum titulo inſcripta.

Lexicon Græcũ, & Dictionarium Syrochaldaicũ in Biblia Sacra.

Interpretatio Hebræorum, & Chaldæorum, Græco-

co-

corumq. nominum, quæ in Veteri, ac Nouo Teſtamento Latino leguntur.

Nominum Hebræorum, quæ in Veteri Teſtamento Latino leguntur, ordine Alphabetico digeſta interpretatio.

Vocabularium item Hebraicū, & Chaldaicum totius Veteris Teſtamēti; Necnon Hebraicæ linguæ Orthographia, & de Accentibus eiuſdem Scriptores diuerſi.

Biblicæ antiquitates ordine librorum enarratæ.

Menſuræ ſacræ delineatæ, Templumq. Salomonis cum Tabernaculo æneis typis repræſentatum, & Commentarijs illuſtratum.

Geographia ſacra Tabulis æneis repræſentata.

Nouum Teſtamentum lingua, & characteribus Syris, & Græcis, necnon Hebraicis litteris excuſum cum interpretatione Syriaca, & Græca.

Nouum Teſtamentum Græcolatinum, Hebraicum, & Syriacum.

Epiſtolæ Beati Pauli Apoſtoli omnes lingua, & characteribus Aethiopicis impreſſæ.

Euangelia item lingua, & characteribus Arabicis cum interpretatione Latina, & Catenę item in Euangelia Græcis, ac Latinis Interpretibus refertæ; Pandectæq. Legis Euangelicæ.

Indices Biblici, & Concordantię Bibliorum varię, Bibliorumque enucleamenta.

De dignitate, excellentia, laude, ac inueſtigatione Scripturæ Sacrę: Deq. optimo genere ipſam interpretandi.

Oeconomia Biblica, diſpoſitionem, artificium, vim,

vim, & rationem Scripturæ ſacræ ob oculos ponens.

Omnia, quæ continentur in Biblijs, tam figuris, & imaginibus, quàm ſcriptis repręſentata.

Rabbini in Pentateuchum antiqui, & Iſagoge Rabbinica.

De modo intelligendi Rabbinos; & Epiſtolę nonnullorum Rabbinorum.

In totam vtriuſque Teſtamenti Scripturam ſacram Gloſſa ordinaria, & interlinearis auctario inſignita; Cōmentarijq. antiqui, ac recētiores permulti; Patres Græci, & Latini omnes, & alij de ſacroſanctam Scripturam ſcrutandi modis. Patrum item Confeſſiones, Milleloquia, & Epiſtolæ.

Figuræ Teſtamenti Veteris, veritate comprobatę in Nouo, Iconibus, & imaginibus illuſtratæ.

Scriptores omnes tam veteres, quàm recentiores, qui de Antichriſto ſcripſerunt.

Bibliotheca ſancta de vniuerſa Scriptura ſacra, deq. omnibus Scriptoribus in eandem Scripturam; Bibliothecaq. denique Patrum, in vnum corpus collectorum.

HISTORIAE BIBLICAE
aliqua ſaltem ex parte annexa.

De Republica Hebræorum; Deq. vita, & moribus eorundem.

Antiquitates Iudaicę, aliaq. ad Iudęos pertinētia, Gręco, ac Latino idiomate cōſcripta, & impreſſa.

De

De Arcanis catholicæ Veritatis contra obſtinatiſſimã Iudæorum noſtræ tempeſtatis perfidiam, tam ex ſcripturis Veteris Teſtamenti, quàm ex ipſo Talmud congeſtis.

Epiſtola Rabbi Samuelis ad Iſaac, Magiſtrum ſcilicet Synagogæ de Meſſia, qui iam venerat, deque duplici Meſſiæ Aduentu cum Hebræorum vanæ expectationis confutatione.

Scriptores item alij contra Hebræos ſub varijs librorum titulis, & contra Talmud, falſitatibus, & meris nugis refertum, ac deprauatum.

De Bello Iudaico: De Sacro Bello, & de vnica Religione Scriptores diuerſi.

Varij Scriptores in Cabalam, quam Receptionem Symbolicam ex auditu ſolo ſuſceptam interpretantur, & in libro 4. cap. 14. Eſther adumbratam eſſe aiunt.

Kalendarium Hebræorum cum eorundem item expectationis vanæ confutatione, & Rabbi Moyſes in editionem Seniorum apud Hebræos Moralem.

Vtriuſque Teſtamenti Viri, & Mulieres inſigniores pluribus deſcripti libris.

Icones Prophetarum, & illuſtrium Feminarum Veteris Teſtamenti, ac Noui ære inciſæ.

Varia Veteris Teſtamenti monimenta, & Hiſtoricæ res vtriuſque Teſtamenti ære item inciſæ.

Varia vtriuſque Teſtamenti verſibus decantata, & iconibus repræſentata.

De Sacrarum litterarum communicatione, earumq. ſenſus germanitate; Deq. dignitate, excel

 lentia

lentia, laude, ac inueſtigatione Scripturæ ſacrę.

Euangelicæ Hiſtoriæ ex ordine Euangeliorum, quæ toto anno in Miſſæ ſacrificio recitantur in ordinem temporis Vitæ Chriſti Domini digeſtæ, Iconibus, & imaginibus ære inciſis repræſentantur. Concordantiæ item Euangeliorum à diuerſis Auctoribus conſcriptæ, pluribus Tomis comprehenduntur.

Scriptores de Prophetis, & Euangeliſtis complures.

Scriptores diuerſi de Conceptione Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Complures item Scriptores de laudibus, & virtutibus eiuſdem.

De Sanctiſſima Chriſti Domini Matre Scriptores plurimi ſub varijs librorum titulis.

De ſacra eiuſdem imagine, quam Sanctus Lucas pinxiſſe narratur. De ſacra item Lauretana Domo, eiuſdemq. Trãslatione; Necnon de aliquot Eccleſijs inſignioribus eidem ſacratis.

Vniuerſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis Hiſtoria, & Chriſti Domini Paſſio verſibus explicatæ, atque ligneis figuris expreſſæ.

Scriptores diuerſi de vero ac perfecto Matrimonio inter Deiparam Mariam ſemper Virginem, & Beatum Ioſeph contracto; Necnon de laudibus, & excellentijs Beati Ioſeph Sponſi Deiparæ Marię ſemper Virginis. De donis etiam eiuſdem, in quibus explicandis multa ſcitu digna enarrantur.

De verbis Dominæ multa pluribus tomis explicata.

De

De lacrymis, & de ſeptem doloribus, deq. ſeptem gaudijs eiuſdem Dominę Scriptores diuerſi.

Variæ Icones ad eandem Dominam, & Chriſtum Dominum pertinentes ære inciſæ.

Scriptores item de venerando Chriſti Domini Præcurſore Ioanne Baptiſta, deq. ſacroſancta Deipara Maria ſemper Virgine; Necnon de vtriuſque perſonæ Hiſtoria contra Catholicæ Eccleſię hoſtes.

De ſanctiſſima Chriſti Domini Natiuitate, Vita, & Miraculis; Deq. eximia eiuſdem prędeſtinatione Scriptores diuerſi.

Omnibus de rebus, quę de Verbo ęterno, deinde incarnato, Chriſto ſcilicet Domino, tãdem Cruci affixo ad Reſurrectionem, & Aſcenſionem vſque; Necnon ad Iudicium vſque vniuerſale, ac finale cõſcribenda ſeſe offerunt ſub Arboris vitę Ieſu Crucifixi titulo comprehenſa; Necnõ de Stigmatibus Ieſu Chriſti Crucifixi, ſacrę Sindoni impreſſis, diuerſi Scriptores.

De Chriſti Domini Præputio; Deque ſanguineo eiuſdem Domini ſudore Scriptores diuerſi.

Scriptores item complures non deſunt diſputantes, An Chriſtus Dominus in Reſurrectione Præputium, ac totum Sanguinem effuſum in Cruce reaſſumpſerit.

Scriptores denique de Filiatione Beati Ioannis Euangeliſtę ad Beatam Mariam ſemper Virginem, per Chriſti Domini verba.

Epiſtolę duæ de Chriſto Domino ad Tiberium Cęſarem ſcriptæ, quarum altera ſub Pilati nomine,

mine, altera verò ſub Lentuli nomine impreſſæ circunferuntur.

Epiſtola inſuper Abagari ad Chriſtum Dominum, & Epiſtola Chriſti Domini ad Abagarum reſponſiua, cum Pilati ac Lentuli Epiſtolis, & cum Hiſtoria de Chriſti Domini effigie, ad Abagarum miſſa, eodem in libro impreſſæ aſſeruãtur.

De Anno centeſimo, vel Iubileo, quod Annus Sanctus vocitatur, Scriptorum magna extat congeries.

THEOLOGIA. SCHOLASTICA & Poſitiua.

LITTERALIS, & Myſtica, Allegoriarum Siluę, omniumq. Scripturæ ſacræ ſenſuum Interpretes.

De Diuina Hierarchia, & ſupercæleſti Ordine cum alijs Hierarchijs.

Patres Græci, & Latini in ſacroſanctam Scripturam, necnon alij Scriptores Theologi tam antiqui, quàm recentiores in eandem Scripturam ſacram.

Bibliotheca Patrum, & Veterum Auctorum Eccleſiaſticorum multis comprehenſa Tomis.

Bibliotheca Sacra Theologica, & Scripturalis.

Bibliotheca Scholaſtica, Lexica Theologica, & Scholaſtici Scriptores ferè omnes tam veteres, quàm recẽtiores, pręſertim illi, qui in quattuor Sententiarum libros conſcripſerunt, in quibus vniuerſa Theologia explicatur, hoc eſt, de Sanctiſſi-

ctiſſima Trinitate, De Mũdi creatione, De Incarnatione Verbi, De hominis Redemptione, Deq. omnibus Sacramentis.

Quæſtiones peregrinæ de Animabus in cõiunctо, & de ſeparatis; Necnon de Angelis bonis, & malis tanquam in ſpeculo repræſentatæ.

Milleloquia, & Confeſſiones Patrum Orthodoxorum de Theologica re complures.

Promptuaria Theologica, Moralia, & Politica.

Summæ variæ ad Theologiam pertinentes.

Theologiæ ſimulacrum, Encomium, & Hieroglyficum per Cameloparдum.

Metaphoræ de Deo quædam, eruditionis plenæ: Synonima item Dei, eorumq. interpretationes, Apophthegma, Symbolum, & Emblema cum allegorica Dei definitione per Sphęram.

THEOLOGIA PRACTICA.

SVMMAE caſuum conſcientiæ ſub quàmplurimis, ac diuerſis librorum titulis, tam antiquorum, quàm recentiorum Auctorum comprehenſæ.

Scriptores item de omnibus Conſcientiarum generibus; deq. omnibus Excõmunicationibus; De Irregularitatibus, & Interdicto, necnon de caſibus tam Papæ, quàm Epiſcopo reſeruatis complures.

Multa, & quidem diuerſá de Obligationibus Iuſtitiæ, Religionis, & Charitatis vtriuſque Iuris Doctoribus, & Confeſſarijs neceſſaria.

Summæ denique diuerſorum Scriptorum, de Impræſtantijs, & de Vſuris, de Simonijs, de Cambijs, & Cenſibus, necnon de Contractibus, de Rerum dominio, ac rerum reſtitutione facienda.

Scriptores diuerſi de Matrimonio, deq. omnibus rebus, quæ ad hanc materiam pertinent, quæq. in ipſa accidere poſſunt, & fuſiſſime quidem.

SANCTA. INQVISITIO vel Catholicæ Doctrinæ, ac Fidei defenſio.

INDICES librorum prohibitorum, & expurgandorum diuerſi; necnon Scriptores de expungendis Hæreticorum nominibus, etiam è libris, qui de Religione ex profeſſo non tractant.

Quæſtiones, quę in frequentiori vſu in materia Fiſcali coram Iudicibus Fiſci ſanctæ Inquiſitionis controuerti ſolent.

Inquiſitorum Directorium, Lucerna, & Repertorium, quibus omnia, quæ ad hæreſum cognitionem, & ſanctę Inquiſitionis Forum pertinent, ob oculos ponuntur.

Scriptores non pauci ſub alijs item diuerſis librorum titulis; De ſancta in Hæreticos Inquiſitione; De officio Inquiſitorum, necnon de inquirendi, & proceſſus faciendi modis; De hæreticalibus propoſitionibus, aut erroneis, hære-

hæreſim redolentibus, vel malè ſonantibus, ſcandaloſis, temerarijs, & ſeditioſis, piarumque aurium offenſiuis agnoſcendis; Deq. diuerſis, ac iuſtis Hæreticorum punitionibus iuxta demerita eorundem ſtatuendis.

Scriptores contra Hæreticos permulti; Hæreticorumque vitæ, ac hæreſum catalogi; Theatrumq. crudelitatum Hęreticorum, Iconibus, & Imaginibus illuſtratum.

Explicationes Catholicæ omnium ferè locorum Veteris, ac Noui Teſtamenti, ad hæreſes noſtri temporis euertendas.

Scriptores multi de ſacroſancta Euchariſtia, de Imaginibus, de veneratione Sanctorum, de Indulgentijs, de Fide, & operibus; De Purgatorio, de Prædeſtinatione, ac reprobatione; De Pręſcientia, & Prouidentia Dei; De Gratia, & Libero arbitrio; De Auxilijs diuinis; De Gratia Dei efficaci, & de Iuſtificatione; Deq. item rebus id genus alijs contra hæreticos Catholicæ doctrinę Hoſtes.

Diſputationes denique multorum Auctorum de rebus alijs Fidei controuerſis, Tomis permultis comprehenſæ.

Scriptores permulti contra omnes hæreſes ſub diuerſis librorum titulis.

Scriptores denique complures contra Lutherum, & ceteros Hęreſiarchas, pręſertim verò contra Theomachiam, & Politiam Caluinianam, pro Eupolitia Apoſtolica.

CLERVS.

DE Clero, qui eſt hominum Eccleſiaſticorũ; Oſtiarij ſcilicet; Pſalmiſtæ, aut Lectoris, Exorciſtæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi, Cœtus, aut Collegiũ; deq. officijs eorundem Scriptores plurimi.

De Tonſuræ Clericalis origine, ac ſignificatu.

De Clericorum coma non nutrienda, nec Barba radenda, nec nutrienda; Necnon de omnium Clericorum officijs, & origine diuerſi Scriptores.

De Inſtitutione Clericorum, de Speculo Clericorum, de vero, ac perfecto Clerico, & de Ordinatione Clericorum Scriptores diuerſi.

De Ordinandorum examine ſub diuerſis librorũ titulis, Auctores non pauci.

De cura, & dignitate Clericali, & de vita, & honeſtate, ac moribus Clericorum, deque Cœlibatu eorundem, necnon de Origine, & Officio Canonicorum, & alia ad vniuerſum Clerum pertinentia.

PRESBYTERATVS.

DE Sacerdotali dignitate, deq. perpetua Sacerdotum caſtitate, Scriptores diuerſi.

Speculum, Manuale, Inſtructio, Baculus, & Enchiridion Sacerdotum, & Sacerdotalia diuerſorum Auctorum, ſub diuerſis librorum titulis.

Scri-

Scriptores de Sacerdotij, aut Presbyteratus origine, ſignificatu, & officio.
De Sacerdotum barba tondenda, vel radenda, ſiue nutrienda; deq. moribus eorundē; Necnon pro Sacerdotū barba Scriptores diuerſi.
Multa itém alia ad Sacerdotem pertinentia ſub varijs librorum titulis.

EPISCOPALIS. DIGNITAS.

DE conſecratione, ac dignitate Epiſcopi, De ſtatu, & officio eiuſdem; De optimo Epiſcopo, & de Epiſcopis titularibus Auctores diuerſi.
Scriptores de iuriſditione, aut Poteſtate, ac reſidentia Epiſcoporum, & de cauſis eorundem ad Papam deferendis.
De Epiſcopis, & Parochis; Deq. Epiſcoporum, & Curatorum ſpeculo; Necnon de Prædicatoribus, & Confeſſarijs. De Sacerdotibus, Clericis, Pœnitentibus, Prælatis Religioſorum, deq. ipſis Religioſis.
De Ordinarij officio, De ordinatione Clericorum, De examine Ordinandorum, & præparatione pro examinandis; De Beneficio, & pluralitate Beneficiorum; & de Penſionibus, necnon de officio Vicarij Epiſcopi Scriptores multi.
De Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Clericorum moribus, & Vita Scriptores complures.

De Synodis Diœceſanis, De modo Viſitandi, Deq. Regimine Epiſcopali Auctores diuerſi.

CARDINALITIA. DIGNITAS.

SCRIPTORES diuerſi de S. R. E. Cardinalium origine, dignitate, præſtantia, & Poteſtate; Necnon eorundem creatione.

De Sacro item Cardinalium Collegio Scriptores diuerſi.

De Cardinalibus à latere Legatis, deq. eorundem Auctoritate, atque officio Scriptores complures.

De officio, ac dignitate Cardinalis, & de Cardinalatu, hoc eſt, de omni re, quæcunque illa ſit, ad Cardinalem pertinẽte; Necnon de perfecto Cardinali, & de rubeo Cardinalium birreto Scriptores complures.

S.R.E. Cardinalium Vitę, atque, inſignia, etiam miniata pluribus diuerſorum Scriptorum Tomis comprehenduntur.

Aliquot item Cardinalium Icones ære inciſę repręſentantur.

Scriptores item de Conſiſtorio, ac de rebus ad Conſiſtorium pertinentibus, necnon de Sacris Conſiſtorijs conſultationibus.

SVMMVS. PONTIFICATVS.

DE Primatu, & Monarchia S. Petri; De Cathedra Anthiochena, & Romana. De Sa-

Sacris Vnctionibus, & de Apoſtolicæ Sedis Poteſtate, deq. ſtatu Papali, necnon de Summi Pontificis electione, deq. iure eligendi Miniſtros Eccleſiaſticos Scriptores diuerſi.

De ſublimitate, atque Excellentia Summi Pontificatus, deq. incomprehenſibili eiuſdem Auctoritate, necnon de omnibus rebus ad Summum Pontificatum pertinentibus Auctores complures.

De vtroque Summi Pontificis gladio, Poteſtate ſcilicet tã Spirituali, quàm Temporali, necnon de Summi Pontificis, & Concilij poteſtate ſuprema Scriptores permulti.

Scriptores diuerſi de Tiara, tribus Coronis ornata, & de Pallio, & Sandalijs Cruce inſignitis.

De Cruce, deq. Sanctiſſimo Sacramento Summo Pontifici in itinere præferendis; Necnon de oſculatione pedum eiuſdem, & de coactiua Poteſtate Scriptores diuerſi.

Scriptores item complures de Sanctiſſima Cruce, ac de ſignis eiuſdem, multiſq. alijs rebus ad eam pertinentibus.

De Summi Pontificis, & Imperatoris Poteſtate.

De correctione Clericorum, & Eccleſiaſtica Poteſtate ſuper Laicis, eorumq. bonis, deq. iuriſditione ſeculari reſpectu Eccleſiaſticæ perſonę, eiuſdemq. rerum. Deq. brachio ſeculari, & Eccleſiaſtico implorando Scriptores non pauci.

De Eccleſiaſtica, & Politica Poteſtate Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Epiſcoporum, &c.

Scriptorum denique magna extat congeries de Summorum Pontificum Vitis, & Geſtis, atque Inſignibus, etiam miniatis. Icones item eorundem ære, ac ligno inciſæ; necnon ſcriptis, & elogijs illuſtratæ.

Scriptores item complures non deſunt, qui fabuloſam illam de Ioanne VIII. ſub falſo, & fićto feminæ nomine narrationem omnino confutaſſe reperiuntur, meramq. fabulam eſſe vndequaque oſtendunt; idq. luce meridiana clarius re ipſa extare demonſtrant.

RES. ECCLESIASTICA.

DE Eccleſiaſtica Hominum Hierarchia, & Ordine.

De omnibus Sacramentis, præſertim verò de Sanctiſſima Euchariſtia, De Miſſa, Deq. ſacroſanctæ Miſſæ ſacrificio, Necnon de ſacro Miſſæ Canone Scriptores permulti; & de Miſſa Aethiopum ex Chaldaica lingua in Latinam translata.

De vtilitatibus; & valore Miſſæ; Necnon de præparatione ad Miſſam. Deq. frequenti, vel quotidiana Miſſæ celebratione Scriptores diuerſi. Vtilitates inſuper orationis pro Defunctis à Sanctis Patribus, & Doctoribus explicatæ.

Scriptores item complures de Officio, & Miſſa pro Defunctis: De ſuffragijs pro Animabus in Purgatorio detentis; Deq. duplici Purgatorio.

Apologeticus pro Defunctis liber, in quo ea omnia, quæ pro Defunctis fieri debent, recenſentur, & comprobantur.

De annuis legatis, De ſepulturis, & exequijs; De Quarta Funeralium, & de non ſepeliendis mortuis penes Aram ſacram Scriptores diuerſi.

Complures quoque Scriptores in Hymnum, vel Sequentiam ita vocitatam, & in Offertorium in Miſſa pro Defunctis.

Libri ad curam animarum, & ad ſpiritualem vitam, necnon ad Chriſtianam virtutem, ac pietatem pertinẽtes permulti ſub varijs librorum titulis.

Bibliotheca de Miſſali, & Breuiario.

Miſſale iuxta ritum à Gregorio Magno inſtitutum.

Breuiaria ad officium diuinum pertinentia in corio conſcripta.

Breuiarium Græcè ſcriptum, ac typis mandatum.

Breuiarium item Illyricè impreſſum, & Pſalterium Chaldaicè impreſſum.

Sententiæ Breuiarij Romani ſelectiores typis mandatæ, Hymniq. Sacri diuerſorum Auctorum.

In Hymnos Eccleſiaſticos diuerſi Scriptores, quorum ſatis magna extat congeries.

In Orationem Dominicam, & in Salutationem

Angelicam Scriptorum magna congeries.

Scriptores diuerſi in Symbolum Apoſtolorum, Athanaſij, Ambroſij, & Auguſtini; In Antiphonam, Salue Regina; & in, Magnificat, Beatæ Mariæ ſemper Virginis Canticum.

Miſcellanea ad Catholicos, & veros Chriſtianos pertinentia ordine Alphabetico diſpoſita, ſummæq. Catholicæ fidei, Apoſtolicę, & Eccleſiaſticæ Doctrinæ, totiuſq. Iuris Canonici.

Catechiſmus varijs linguis conſcriptus.

Explanationes Catechiſmi.

Partitiones Catechiſmi Tridentini.

De rebus ad Catechiſmum ſpectantibus diuerſi Scriptores.

Scriptores de Horis Canonicis complures.

De Diuinis item officijs, ac miniſterijs, in quibus explicantur ferè omnia, quę ad Eccleſiaſticam pertinent rem, Scriptores omnes, qui ad hanc vſque diem in lucem prodierunt; Necnon de officijs Eccleſiaſticis, eorundemq. origine, Scriptores diuerſi; deq. ſacris Eccleſię Catholicę Proceſſionibus.

Rationale Diuinorum Officiorum. Rituale Eccleſiaſticum, & Romanum. Cęremoniale Romanum, & Cęremoniale Epiſcoporum.

De Diuinis, Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis traditionibus; necnon de Auctoritate, ac vi earundem ſacroſancta Scriptores diuerſi.

Aurea Catena, & clauis totius Doctrinæ Chriſtianæ.

Profeſſio fidei, lingua, & characteribus Arabicis con-

conſcripta, & Kalendarium Ruthenicis conſcriptum characteribus.

Profeſsio fidei, lingua, & characteribus Armeniacis impreſſa.

Rituale, vel Manuale Perüanum, ſiue Peruntinũ; & forma breuis adminiſtrandi ſacramenta apud Indos.

Ritus baptizandi apud Aethiopes, & Syros Chriſtianos, alijq. eorundem ritus.

Doctrina Chriſtiana Græcè, Latinè, Italicè, & Ruthenicè conſcripta, & impreſſa.

Lectiones Euangelicæ Arabica lingua, ſed characteribus Chaldaicis impreſſæ.

Varij de Eccleſia Catholica, de foro Eccleſiaſtico, deq. eiuſdem Theſauro, Scriptores, necnon de Fabrica, & Supellectili Eccleſiaſtica Inſtructiones, & de Signis eiuſdem.

Eccleſiaſtici Scriptores pluribus libris, ac titulis comprehenſi.

De vniuerſa Eccleſiæ Catholicæ antiquitate circa Dogmata Apoſtolica.

De Republica Eccleſiaſtica, deq. eiuſdem iuriſditione. Deq. Maieſtate Militantis Eccleſiæ.

De Cenſuris Eccleſiaſticis; Necnon de interdicto Eccleſiaſtico, quidq. in eo ſeruari debeat Scriptores.

De Viſibili Eccleſiæ Monarchia, necnon de Eccleſiæ, vel de Papæ Spirituali, ac Temporali Poteſtate Scriptores antiqui, & recentiores, non pauci.

Scriptores diuerſi de rebus Eccleſiæ nõ alienãdis.

De

De ſeptem Vrbis Romæ Eccleſijs, & de Stationibus Eccleſiaſticis diuerſi Scriptores.
Scriptores item de omnibus Eccleſijs Romæ, Reliquijs, & Indulgentijs.
De Immunitatibus, & Priuilegijs Eccleſiaſticis, & Apoſtolicis indultis Auctores permulti.
Eccleſiaſticarum Dignitatum, ſacrorumq. muniorum Nomenclaturæ diuerſis explicatæ linguis.
De Origine omnium Sacrarum Religionum, ſiue Ordinum, & de habitibus eorundem ęre inciſis: Deq. veſtimentorum varietate in Monachis.
Priuilegia omnia Mendicantium, & non Mendicantium ſimul collecta; Necnon Decreta omnia Concilij Tridentini ad Regulares pertinentia ſimul congeſta: Bulla item Pij V. pro Confirmatione, atque innouatione Priuilegiorum Ordinum Mendicantium; Deciſioneſq. deniq. Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in fauorem Familiarum Fratrum Mendicantium.
Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ permultæ; Religionum item, aut Ordinum Religioſorum Hiſtoriæ pluribus Tomis comprehenſæ.
Varia item ad quemlibet Religioſorum hominum Ordinem pertinentia.
Annales quoque, hoc eſt, res geſtæ de anno in annum in hiſtorias redactę, ſeruato cuiuſque anni ordine.
Simulacrum, & Encomiū Religionis, eiuſdemq; ſimi-

ſimilitudo, & Synonima, Paradoxaq. diſputantium de ipſa Religione.

Religionis item Hieroglyphicum per Altare, necnon exempla, quibus nihil antiquius Religione hominibus eſſe debere, omneq. bonum in ea eſſe demonſtratur.

Pietatis denique Simulacrum, Encomium, & Hieroglyphicum per Ciconiam.

Librorum de rebus ſpiritualibus ſub diuerſis titulis maxima extat congeries.

Scriptores de Ritibus, Cæremonijs, & officijs Eccleſiaſticis complures. De Kalendarij Eccleſiaſtici, & anni emendatione Scriptores diuerſi.

Poetæ Chriſtiani, aut Eccleſiaſtici Theologicè ſcribentes non pauci.

Pátres denique Græci, ac Latini omnes, quorum plurima, & diuerſa quidem ſub diuerſis librorum titulis extant monimenta ad omnem rem Eccleſiaſticam, & Chriſtianam fidem, Scripturamq. ſacram pertinentia.

Locorum item, & inſtrumentorum omnium Eccleſiaſticorum, necnon vniuerſæ Eccleſiaſticæ ſupellectilis Nomenclaturæ diuerſis explicatæ linguis.

MVSICA. ECCLESIASTICA

SCRIPTORES de Muſicæ Eccleſiaſticæ Theorica, & Practica permulti.

Miſſæ, Motecta, Pſalmi, & Hymni.

Notæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Notæ antiquæ Muſicæ in corio conſcriptæ.
Graduale notis antiquis Muſicis à Gregorio Magno inſtitutum, & in corio conſcriptum.
Miſſæ, alijq. libri Eccleſiaſtici, antiquis item Muſicæ notis inſigniti.

MVNVS. PRAEDICANDI,
Aut Concionandi.

SCRIPTORES de officio prædicandi, & Canones, Inſtructionesq. pro Verbo Dei prędicando complures, diuerſis librorum titulis comprehenſi.
Multa item alia ſunt ſub diuerſis librorum titulis ad hanc rem pertinentia, valde Concionatoribus, aut Prædicatoribus vtilia, & neceſſaria.
Sermones quoque tam de Sanctis, quàm de Feſtiuitatibus, ac Dominicis diebus totius anni, totiuſq. Aduentus, & Quadrageſimæ non deſunt; immo Auctores ferè omnes, qui hac de re conſcripſerunt, & ad hanc vſque diem in lucem prodierunt, in Bibliotheca Angelica permultis comprehenſi Tomis aſſeruantur.
Sermonum Epithalamicorum, aut nuptialium, necnon funebrium ſatis extat congeries.
Orationes denique omnes in Concilio Tridentino habitæ, ac deinde impreſſæ, ſed ſingulatim hinc inde collectæ pluribus tomis comprehenduntur.
Multis item comprehenduntur tomis Orationes in Cappella Pontificia habitę, deinde impreſ-

preſſæ, ſed ſingulatim quoque hinc inde collectæ.

ANGELI.

DE Angelorum Creatione, ac Natura, deque eorundem Hierarchijs, ſiue Choris, necnon de ſpeciebus, & indiuiduationibus; Deq. eorundem corporibus aſſumptis, & Apparitionibus, ac denique de operibus, quæ in iiſdem corporibus exercentur, Scriptores non pauci.

De Angelica item Hierarchia, necnon de Cælorum etiam Hierarchia, & admirabili Ordine.

Varia de Spiritibus bonis, deq. eorundem Gloria, Hierarchijs, & Ordinibus, necnon de Nominibus, Apparitionibus, Cuſtodijs, Officijs, ac Miniſterijs eorundem, plurimis comprehenſa libris.

Quæſtiones peregrinæ de Angelis bonis, & malis, tanquam in ſpeculo repræſentatæ, deq. Bello eorundem.

Varia item de alijs Apparitionibus, tam perſonalibus, quàm in aliqua perſona Veteris, ac Noui Teſtamenti; tã Dei, quàm Chriſti Domini; tã hominum viuentium, quàm defunctorũ.

Spirituum bonorum Nomenclaturæ diuerſis explicatæ linguis.

SANCTI.

VITAE Sanctorum, ac Sanctarum à pluribus conſcriptæ Auctoribus, multiſq. comprehen-

prehenſæ Tomis, quorum magna extat congeries.

Feminæ item ſanctitate illuſtres à Scriptoribus multis prætermiſſæ, & ab alijs nimis modicè deſcriptæ, pluribus Tomis comprehenduntur.

Viſiones, & Reuelationes, aut Prophetiæ tam Sanctorum, quàm Sanctarum, pluribus libris comprehenſæ.

Scriptores de Canonizatione Sanctorum, deque eorundem veneratione; necnon de cultu, qui Beatis nondum canonizatis debetur. De certa gloria, inuocatione, ac veneratione Sanctorum. ✝

De Sacris Reliquijs, & Imaginibus, earundemque Veneratione, Necnon de triplici cultu Scriptores non pauci. ✝ De SS. Martyrũ cruciatibus, & Martyriorũ inſtrumẽtis ære inciſis.

DAEMONES.

VARIA de Spirituum malorum lapſu, pluribus Tomis comprehenſa.

De Apparitione eorundem Spirituum.

De Spirituum infeſtatione; deque locis infeſtis.

De obſeſſis à Spiritibus, deq. Exorciſmis, diuerſi Scriptores.

De fuga, & flagello Dæmonum.

De Faſſino, & eius ſpeciebus.

De cautionibus contra præſtigias, impoſturas, & illuſiones.

De Magia, de Somnijs, & Diuinatione, contra artes fallaces, & ſuperſtitioſas.

Scri-

Scriptores contra Sortilegia, contra Lamias, & Strigimagas.

De Magia generatim, de Naturali, Artificiali, & præſtigiatrice cognoſcenda, & cauenda.

De Magia, & Latria Dæmoniaca ad ipſorum Dæmonum fraudes detegendas, & cauendas;

De Maleficio, & vana obſeruatione.

De Iudicis officio, & ordine iudiciario hoc in crimine.

De officio Confeſſarij hac in re, necnon de remedijs licitis, & de illicitis euitandis.

Spirituum deniq. malorum Nomenclaturæ, diuerſis explicatæ linguis.

IVS. CANONICVM.

DOCTORES præcipui, & inſigniores omnes, qui in Ius Canonicum conſcripſerunt.

Decreta, & Decretales etiam commentarijs explicata.

Epiſtolæ Summorum Pontificum pluribus comprehenſæ tomis.

Epiſtolæ item Epiſcoporum pluribus tomis comprehenſæ.

Bullæ Summorum Pontificum pluribus item comprehenſæ tomis. Directoria Iudicum Eccleſiaſtici Fori, & de Bulla cruciatæ Scriptores.

De vtroque gladio, ſpirituali ſcilicet, ac temporali Poteſtate Papæ, & Eccleſiæ, Scriptores permulti.

Concilia Generalia, & Prouincialia Græcè, ac Latinè impreſſa.
Scriptores de Concilijs complures.
Concilium Tridentinum Latinè, atque Græcè impreſſum.
Synodi Dioeceſanæ complures, De officio, & iuriſditione Ordinarij Scriptores diuerſi.
Priuilegia Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, Et Fori Eccleſiaſtici Theſaurus.
De obligationibus Iuſtitiæ, ac Poteſtate in ſeipſum; Necnon de Iuſtitia, & Iure Scriptores diuerſi.
Summæ variæ ad Ius Canonicum pertinentes.
Regulæ omnes, Conſtitutiones, & Ordinationes Cancellariæ Apoſtolicæ ad hanc vſque diem editæ, ac promulgatæ, pluribus comprehenduntur tomis, Compluresq. Commentarij in eaſdem Regulas tam antiquas, quàm recentiores.
Reformationes, & obſeruationes permultæ.
Scriptores diuerſi de Beneficijs, & de Penſionibus.
Scriptores item de Reſignatione beneficiorum, & de confidentijs beneficialibus.
Quæſtiones Canonicæ tam Fori exterioris, quàm interioris.
Lecturæ variæ diuerſorum Auctorum, & Variæ Reſolutiones.
Conſilia, ſeu Reſponſa multis tomis comprehenſa.
Repetitiones, vel Commentaria diuerſorum.
Ani-

Animaduerſiones , & Paraticla diuerſorum.

Tractatus variarum Materiarum ad vtrumque Ius pertinentium octo , & viginti Tomis in folio comprehenſi.

Templum omnium Iudicum, Pontificiæ, Cæſareæ, Regiæ, inferioriſq. Poteſtatis .

Reſolutiones variæ ad Ius Canonicum pertinentes.

Conſtitutiones , & Concluſiones diuerſorum in iure .

Dictionaria , & Repertoria non pauca .

Scriptores de Monte Pietatis , Deq. modo procedendi in cauſis omnium Regularium ; Deq. Foro Fori , & Poli ; De Reſeruationibus Apoſtolicis , & vſu Iudiciorum Palatij Apoſtolici.

Deciſiones variæ Ciuitatum, & Prouinciarum, multis Tomis comprehenſæ.

De Iudicijs bonæ fidei , & de exceptionibus .

Praxes variæ ad Ius Canonicum pertinentes diuerſorum Auctorum .

Milleloquia , & Collectanea diuerſorum Auctorum.

Varia ad Legationem pertinentia diuerſis titulis comprehenſa.

De communi vtriuſq. Iuris Doctorum opinione conſtituenda , attendenda , & de pœnis recedentium ab ea .

Multa item alia ad Ius Canonicum pertinentia ſub diuerſis librorū titulis comprehenſa, quorum magna extat congeries præter innume-

ras fere materias diuerſas, quæ in maximo Tractatuum corpore comprehenduntur.
Canoniſtarum Icones, Catalogi, ac Vitæ.

IVS CIVILE

DOCTORES præcipui, & inſigniores omnes, qui in Ius Ciuile, hoc eſt in Codicem, in Volumen, in Digeſtum vetus, ac nouum, & Infortiatum conſcripſerunt.
Leges, Statuta, Edicta, Conſtitutiones, & Concluſiones, necnon Regulæ, ac Lecturæ variæ; & Harmonia titulorum vtriuſque Iuris.
Conſilia, ſeu Reſponſa.
Repetitiones, vel Commentaria, & Doctores diuerſi ſuper Inſtitutiones.
Cenſura in Adnotationes marginales Iuris Canonici, & Ciuilis.
De officio, & Poteſtate imperiali, & ſeculari iuriſditione; & de lege Curiata, necnon de lege Falcidia Scriptores diuerſi.
Tractatus variarum Materiarum ad vtrumque Ius pertinentium, octo, & viginti Tomis in folio comprehenſi.
Scriptores de re iudicata, & de Appellationibus.
Reſolutiones variæ in Iure, Promptuarium diuini, & humani Iuris, & de Allegationibus diuerſi Scriptores.
Dictionaria, & Repertoria non pauca; & Flo-

res Legum, Concordantię Bibliorũ, Canonũ, & Iuris ciuilis, ac Theologia Iureconſultorũ.

Scriptores diuerſi de Nobilitate, necnon de Primogenitura, & de Nothis, & Spurijs Filijs, deq. omnibus rebus ad eos pertinentibus.

De Nobilitate item, ac Pręcedentia; deq. fama, & infamia Scriptores diuerſi.

Topica legalia, ſiue loci legales, Argumentorum Iuris diuerſorum Auctorum: & Quęſtiones communes contra communes.

Pandectę etiam ex Florentinis, & in eas diuerſi Scriptores.

De obligationibus iuſtitię, ac de Poteſtate in ſeipſum: Necnon de Iuſtitia, & Iure Scriptores diuerſi.

De Repetitionibus, & Allegationibus diuerſi Scriptores.

Scriptores de pœnis temperandis, aut remittendis; Necnon de Fide, Treuga, & Pace: Theorica, & Practica de Teſtibus, & Controuerſię in Iure.

De Legitima, De Contractibus, & de Priuilegijs Contractuum vltimarum voluntatum; Deq. Hereditatibus, quę ab inteſtato deferuntur, Scriptores diuerſi.

Scriptores item de Commiſſionibus, & de Proceſſu Iudiciario.

Formularia terminorum, & commiſſionum diuerſorum Auctorum.

De obligatione Camerali; De Guarentigia; De executione Inſtrumentorũ; De Annatis, & de

Laudo meri Iuris; Deq. rebus, aut cauſis ad emphyteuſim pertinẽtibus diuerſi Scriptores.

De Matrimonio Scriptores complures, & bonis Maternis, deq. bonis cõſtãte Matrimonio Scriptores item diuerſi; Necnon de Teſtamentis, & Donationibus, & de vulgari, ac pupillari Subſtitutione, & de omnibus Subſtitutionum generibus Scriptores diuerſi.

Deciſiones quotidianę de cauſis forenſibus; Necnon de præſcriptionibus; Deq. Iure ac Priuilegijs Militum Scriptores diuerſi.

Lectiones legales diuerſæ.

Deciſiones Apoſtolici Palatij, & Rotæ Romanæ.

Deciſiones item aliæ ad legem pertinentes diuerſorum locorũ multis tomis comprehenſę.

Praxes, Tractatuſq. criminales, & ciuiles, necnon Iudicis, aut Legis, Vindicationis, & Clementiæ Simulacrum.

Scriptores de facti ſcientia, & ignorantia pro cauſarum Patronis.

Quæſtiones Iuris diuerſorum, Commentaria, & Singularia in iure. Scriptores diuerſi omnibus de rebus, quæ ad Scribas, & Notarios pertinent. & Criminaliſtæ ferè omnes.

Scriptores item complures de Inſtrumẽtis, & de arte Notariatus, etiam figuris, & imaginibus inſignitæ.

Notarij Quadriga ære inciſa, conditionibus, aut partibus ad Notarium pertinentibus inſignita.

Simulacrum Inſtrumentorum ære item inciſum, & conditionibus repræſentatum.

Per-

Pergula denique Notariorum ære quoque inciſa, variarumq. rerum diſtinctionibus ad Artem Notariatus pertinentium inſignita.

Scriptores de Tutelis, & Curis minorum, deq. officio, & obligatione Tutorum, & Curatorum, eorundemq. mercede.

Compendium, ac Theſaurus Iuris, Speculum Iudicum, & Dicta notabilia vtriuſque Iuris.

Conſuetudines diuerſarum Nationum, commentarijs legalibus illuſtratæ.

Methodus, & ratio ſtudendi in Iure; & Modus legendi abbreuiaturas.

Priuilegia locorum.

Milleloquia Iuris ex omnium facultatum genere collecta.

Index omnium Legum, & Elenchus omnium Auctorum, qui in Iure tam Canonico, quàm Ciuili ſcripſerunt, & Monimenta eorundem.

Multa denique alia ad Ius Ciuile pertinentia ſub diuerſis librorum titulis comprehenſa, quorum magna extat congeries, præter innumeras ferè materias diuerſas, quæ in maximo Tractatuum corpore comprehenduntur.

Scriptores de Viris inſignioribus Iureconſultis complures.

Vitæ quoque, Catalogi, & Icones Iureconſultorum.

Dignitatum denique, ac Muniorum Ciuilium diuerſis explicatæ linguis Nomenclaturæ.

HVMANI GENERIS Vniuerſitas.

SCRIPTORES diuerſi de hominis ortu, necnon de annis climactericis; De vitæ longitudine, aut breuitate, deq. bono ſenectutis ac ſenum regimine.

Scriptores diuerſi de generatione, formatione, atque cura corporis humani, deq. omnibus rebus tam doctrina, quàm curioſitate refertis, quæ ad fœtum humanum pertinent.

Scriptores de humano victu, ac de cœnæ ac prandij portione, deq. Germaniæ puella quadam, quæ annis duobus abſque cibo, & potu vixiſſe narratur. Quà in re philoſophicè diſputatur, quonam modo id fieri potuerit.

Scriptores item de Vita cum animi, & corporis incolumitate rectè inſtituenda, & de corporis humani fabrica, & Symmetria; Deq. Sanitate tuenda, & conſeruanda Scriptores diuerſi.

De Hominis honore, ac nobilitate; De pulchro, & animi pulchritudine; De homine itē lepido, aut eleganti. Deq. Patritio Viro Scriptores diuerſi.

Honoris Encomium, Adagium, & Hieroglyphicum.

Paradoxa diſputationum de Honore, Apophthegma, & Exempla de Honore.

Nobilitatis Encomium, Adagium, & Hieroglyphicum per Annulum. Similitudo Nobili-

tatis cum Luna, & Exempla de ipſa Nobilitate.

Hominis item ſimulacrum, & Encomium, necnon Paradoxa diſputantium de Homine quantum ad ſpeciem, & Prædicamentum ſubſtantiæ.

Synonimorum interpretationes, cur Homo ſine virtute non videatur Homo.

Rerum quædam ſimilitudines, cur Homo rem nullam ferè videat, in qua non quaſi ſui videat exemplar.

Metaphoricæ Hominis Definitiones admirationis plenæ: & quomodo Hominis corpus veluti quoddam Emblema ſit Animi.

De Hominis calamitate Hieroglyphicum, de falſa Hominis voluptate, atque honore; Deq. illuſtrium Virorum caſibus exempla; & quidem permulta.

Humanę Vitę ſpeculum, in quo, quid proſperi, & periculi, atq. aduerſi, quiſq. hominum Status, Dignitas, & Officium; quid denique vtilitatis, & vanitatis humana quoque ſcientia, & Ars contineat, tanquam in ſpeculo repręſentatur.

Speculum item finalis retributionis; Necnon ſpeculum vilitatis humanæ.

Theatrum Vitę humanę, hoc eſt Humanę Vniuerſitatis ampliſſimum, & vndequaque perfectum ſimulacrum, in quo quidquid de Vita humana excogitari ferè poteſt, repręſentatur.

Theatrum item Vitæ humanę artificioſiſſimis Hi-

Hiſtorijs, aut Iconibus, vel Imaginibus ære inciſis illuſtratum.

Rerum vſus, & abuſus Verſibus decantati, & Iconibus repręſentati.

De vanitate, malitia, & contemptu Mundi ſub titulo Mundi immundi reſpectu hominis. Hoc ſub titulo multa homini bona & maximè vtilia demonſtrantur.

Hominis item, qui paruus vocitatur Mundus, omniumq. deinde rerum creatarum Mundus perturbatus, aut inuerſus repræſentatur Italicè conſcriptus, in quo repræſentando multa non minus curioſa, quàm docta explicantur.

Affectus, Mores, & Conatus fatui cuiuſcunque generis hominum Verſibus conſcripti, & Iconibus, aut Imaginibus repręſentati tamquam in ſpeculo ſub ſtultiferę nauis titulo ob oculos ponuntur, ſalutaribus doctrinis, & admonitionibus adiectis.

De omnibus fatuorum, aut ſtultorum generibus ſub diuerſis, & feſtiuis quidem titulis; Deq. amentia ipſa, eiuſque Laudibus diuerſi Scriptores.

Scriptores quoque diuerſi de hominis natura eiuſq. infelicitatibus, ac miſerijs ab ipſo hominis ortu ad obitus vſque diem, necnon de omnibus eiuſdem partibus tam internis, quàm externis, in quibus conſcribendis multa ſcitu digna explicantur; Deq. multis alijs rebus ad hominem pertinentibus, quæ ſub diuerſis librorum titulis comprehenduntur.

Scriptores de omnibus Monſtrorum generibus, eorundemq. quoque ortu, imaginibus, & figuris.

Scriptores denique diuerſi de hominis ingenio, deq. triplici hominis officio, & de ſui ipſius cognitione.

De hominis exhilaratione, deq. hominis pij officio.

De homine, ac ratione deflente, deq. homine, ac ratione conſolante per Synonima, necnon de vera vitę humanæ ignoratione.

Quomodo omnis malus ignorans, vel ignorans malus dicatur: & in quanam ſcientia nonniſi in operando ſciens dici queat. An item homo euadat voluntariè bonus, vel malus, diuerſi Scriptores.

Diuerſi quoque Scriptores de Homine abſtracto, deq. omnibus abſtractionum generibus, eiuſdemq. ſimilitudinis cum Deo.

Scriptores item alij de vilitate humanæ vitę, necnon finali eiuſdem retributione. De Animi denique pulchritudine, necnon de hominis caſu, & peccato originali.

Apologi diuerſorum Auctorum, figuris, & Imaginibus repręſentati, & ſcriptis explicati ad vitam humanam varijs in rebus inſtruendam idonei.

De Vita ſolitaria, deq. ſolitudinis bono Scriptores complures; necnon de Morali Hominum Hierarchia, & Ordine.

Scriptores diuerſi de Barbę humanę cauſa efficien-

ciente, & materiali, aliaq. permulta ad ipſam Barbam pertinentia, ſcituq. digna.

De Hominis Barba, & Coma tondenda, vel radenda, ſiue nutrienda Scriptores diuerſi.

De Fœminis barbatis, prçſertim verò de Virgine Barbam ad ſtomachum ferè vſque prolixam habente, & cur ita. Cur denique Barbam Eunuchi non obtineant: quibus in rebus explicandis multa, & ſcitu digna, & lectu iucunda conſcribuntur.

Scriptores item de mutatione Puellarum fœminarum in maſculos iuxta Hiſtoriç naturalis veritatem comprobata, & de Androgynis, vel Hermaphroditis: quorum omnium multa recitantur Exempla. Viget autem nunc exemplum Romç ad Turrim Sanguineam, ita vulgo vocitatam, de Aromatarij Filio, qui ex Fœmina circiter menſtruorum eruptionem Anno çtatis 13. factus eſt maſculus, cum genitalia, quç in fœminis, vt aiunt Medici, & Anatomiſtç, intus manere ſolent, ordine inuerſo, exierint. Hic in Baptiſmate Anna ſub nomine fœmineo nuncupatus fuit; atque ad 13. çtatis vſque annum, fœmineum retinuit veſtitum, nunc verò maſculo veſtitu indutus, idem retinet nomen, imberbis tamen, ac mirum in modum corpulentus, & obeſus, tertium ac vigeſimum annum agens.

Scriptores diuerſi de Phyſionomiç, vel Phyſiognomiæ arte, qua naturç hominum in corpore, vultuq. cognoſcuntur, etiam per ſigna

cçle-

cæleſtia, & formas Planetarum, ac denique per effigies, & formas Animalium tam volatilium, quàm terreſtrium, & aquatilium naturæ Hominum repræſentantur, Iconibus hominum, & beſtiarum, necnon ſignorum cæleſtium, & Planetarum ære confictis.

De ſomnijs deñique Hominum, & ſomniorum interpretatione Scriptores Græci, ac Latini,

De Memoria reparanda, augenda, & conſeruanda. De Memoria locali, aut artificiali Scriptores diuerſi: Necnon Concluſiones artis memoratiuæ.

Nomẽnclaturæ pertinentes ad hominem, & ad omnes humani corporis partes diuerſis explicatæ linguis.

Dignitatum item, ac Muniorum prophanorum, ſiue laicalium, vel ſecularium, ac ciuilium Nomenclaturæ diuerſis explicatæ linguis.

Vniuerſæ rei Ludricæ, ac luſoriæ, infamiarumq. Nomenclaturæ diuerſis explicatæ linguis.

Omnium Artium, ac ſeruiliorum Nomenclaturæ diuerſis linguis explicatæ.

Cognationis, & affinitatis, vocabulorum denique omnium Nomenclaturæ diuerſis item linguis explicatæ.

ETI-

ETHICA. SIVE. RES Moralis.

IN hanc moralem Ariſtotelis philoſophiam Scriptores permulti. Scriptores item diuerſi in Moralia Catonis Diſticha, necnon alia ad Moralem Philoſophiam pertinentia ſub diuerſis librorum titulis.

De Morali Hominum Hierarchia, & Ordine,

Scriptores de pueritia, & adoleſcentia inſtituenda moribus, litteris, & doctrina Chriſtiana.

De Vrbanitate, aut iucunditate; Deq. modeſtia, & verecundia omnibus in rebus ſeruanda.

De filiorum educatione varij Scriptores, necnon de officio Patris, & Matris erga filios.

De officio filiorum erga Parentes.

De inſtitutione fœminæ Chriſtianæ, Virginis Maritæ, ac Viduæ.

De officio Mariti erga Vxorem.

De perfecta Marita, Siue Vxore. Deq. multis rebus circa Matrimonium ſcitu dignis.

De honore, & ornatu Mulierum, deq. Mulieribus inſignioribus.

Simulacra Mariti, & Vxoris; Patris, & Filij; Domini, ac Serui.

Mariti, & Vxoris Encomia, Paradoxa, Apophtheg-

thegmata, Hieroglyphica, & Exempla.
Patris Encomium, Paradoxa, Synonima, & Exemplorum teſtimonia cum Hieroglyphicó per Pelicanum.
Filij Hieroglyphicum per Ciconiam, necnon Problemata, & Exemplorum de ipſo teſtimonia.
De Spurijs, & nothis, deq. omnibus rebus ad eos pertinentibus.
Domini Encomium, eiuſq. ſimilitudo cum auro, & Adagium de Domino in ſeruos, attributis quinque notatis, necnon Hieroglyphicum per caput cum exemplorum teſtimonijs, quibus Dominorum humanitas in ſeruos magis commendatur, quàm ſeueritas.
Serui Encomium, & ſimilitudo eiuſdem cum ſulphure, necnon Adagium per Aſinum, quo ipſius ſerui notantur ſeptem virtutes; eiuſdemq. Hieroglyphicum per pedes, cum Allegoria, exemplorumq. de Seruo teſtimonijs.
Obedientiæ ſimulacrum, & Encomium.
Paradoxa diſputantium, an obedientia ſit virtus.
Hieroglyphicum obedientię per aurem: Apologus de obedientia per Hœdum, & Lupum, nec non Adagium, per quod tres notantur obedientiæ virtutes; ſimilitudo inſuper obedientiæ quædam cum exemplorum dè obedientia teſtimonijs.
De hominis excellentia ſupra fœmineam excellentiam.

De

De prauis Mulieribus, deq. Mulierum deliquijs, aut defectibus moralibus.
De nobilitate, & excellentia fœminarum.
De hominum defectibus, imperfectionibus, aut vitijs.
De Linguæ humanæ præſtantia, & defectu ſub Mutiloquentis titulo.
Varij de hominis ingenio Scriptores.
De cultura ingeniorum ad cuiuſcumque litteraturæ ſtudia capeſſenda.
Ingenia diuerſa cui nam arti, vel ſcientiæ ſint idonea, vel inepta.
De peccatis humanæ linguæ, quæ corrigitur ſub titulo Mundi immundi ad vanitatem cognoſcendam, ad malitiam deuitandam, & ad contemptum contemnendum.
Ingeniorum diuerſitas, ſub ſtultiferæ Nauis titulo intellecta, qua omnium hominum, fatui affectus, & effectus, mores, conatus, atque ſtudia tam figuris, & imaginibus repræſentantur, quàm verbis item explicantur, examinantur, & corriguntur.
Ingeniorum item diſſimilitudo, ſeu diuerſitas per diuerſas hominum affectiones, vel proprietates, quas fatuitates appellant, ſub fatuorum Xenodochij titulo perbellè declaratur.
Ingeniorum Theatrum, quo diuerſæ omnium hominum naturæ, ac propenſiones ob oculos ponuntur.
Ex ingeniorum diuerſitate Auctores non deſunt, qui

qui ignorantię cauſas, ſpecies, & effectus, atque alia ad ignorantiam pertinentia deſcribant, omnemq. malum ignorantem eſſe demonſtrent, ſuiq. ipſius cognitionem à quouis homine habendam eſſe doceant ſub libri titulo duabus hiſce voculis inſcripto, *Noſce te.*

Liber denique de moribus, quem Galatheum appellant, Latinè, Italicè, Hiſpanicè, & Gallicè conſcriptus.

Promptuaria Moralia, Politica, & Theologica.

RES. OECONOMICA.

SCRIPTORES de rei domeſticæ adminiſtratione, deq. ijs rebus, quæ pertinent ad Præfectum domus.

De ſimulacro œconomicæ virtutis; Deq. Re cibaria, Re culinaria, & menſaria Scriptores diuerſi.

De parſimonia, qua cauetur, ne quod diſpendium vltra modum fiat, ita verò, vt res familiaris abſque iniuria cuiuſquã conſeruetur.

De ſordida quoque illa parſimonia ſub iocoſo titulo Italicè conſcripta, contra quam extat etiam liber ſub iocoſo itẽ ac feſtiuo titulo inſcriptus, in quo bonorum effuſio, quam vulgò prodigalitatem appellant, proponitur obſeruanda.

De naturali vinorum hiſtoria, & aquarum qualitatibus.

Scriptores de omnibus vaſculorum generibus,

deq. omnium ciborum qualitatibus.

Scriptores de officio Architiclini, deq. apparatu conuiuandi, necnon de condimentis omnium dapum, aut epularum iuxta totius anni tempora, animalibus terreſtribus, volatilibus, & aquatilibus conuenientia, omnium item carnium, & ciborum quorumcumque naturis, aut qualitatibus ad valetudinem tuendam explicatis.

De cœnæ, ac prandij portione Scriptores diuerſi; Deq. eſcarum lancinatore, & lancium ſtructore.

De gelido, & calido potu Scriptores diuerſi.

Varia de Sympoſijs, aut Conuiuijs Sapientum, deq. antiquitatibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumq. Nationum conuiuialibus, in quibus Grammatica, Phyſica, Medica, Ethica, Oeconomica, Politica, Philoſophica, Hiſtorica, & alia vtilia, & iucunda ſimul cognitu tractantur.

Nomenclaturæ denique ciborum, ac potus, diuerſis explicatæ linguis.

Nomenclaturæ item ſupellectilis vniuerſæ, hoc eſt, rei menſariæ, coquinariæ, cubiculariæ, ac muliebrium, reiq. textoriæ, ſutoriæ, piſtoriæ, atque obſonatoriæ.

RES. VESTIARIA.

SCRIPTORES de omnibus veſtium generibus tam Virorum, quàm Mulierum, nomi-

ni-

nibus, & coloribus veſtium explicatis.

Omnium item Nationum, & Ciuitatum præcipuarum Habitus, pluribus Tomis comprehenſi, figuris, & imaginibus repræſentantur.

Theatrum Mulierum omnium Nationum in Europa degentium, figuris, & imaginibus refertum, in quo Habitus fœminei cuiuſcumque dignitatis, Ordinis, Status, Conditionis, Profeſsionis, & Aetatis cernuntur.

Cleri totius Romanæ Eccleſiæ, ſeu Religioſorum Ordinum vtriuſque ſexus Habitus, figuris, & imaginibus repræſentantur.

Nomenclaturæ denique rei veſtiariæ, diuerſis explicatæ linguis.

RES. AEDIFICATORIA.

SCRIPTORES de vniuerſa omnium Aedificiorum materia, lineamentis deſcriptis; Deq. toto Aedificiorum tam publicorum, & vniuerſorum, quàm priuatorum, & ſingulorum opere, tam de Vrbibus, quàm de Arcibus, Caſtelliſq. condendis, & muniendis.

De omnium item Aedificiorum ornamentis, tam Sacrorum, quàm Prophanorum, tamq. publicorum, quàm priuatorum, deq. operum inſtauratione.

Scriptores denique de ſingulis omnium Aedium partibus, tàm vocibus, quàm rebus ipſis earundem Aedium explicatis, quæ in quali-

bet Aedium parte continentur.
Nomenclaturæ denique Rei ædificatoriæ, atquè omnium Aedificiorum generum, diuerſis explicatæ linguis.

RES. RVSTICA.

DE Ruſticæ vitæ, ac Villæ laudibus Scriptores in comparatione vitæ Aulicæ.
De Regimine Ruſticorum, & de Kalendario ruſtico.
Agriculturæ tribus conſcriptæ linguis, & compluribus Tomis comprehenſæ.
Scriptores de Hortorum ſecretis, & cultura; Hortorumq. libri permulti, in quibus etiam continentur Arborum hiſtoriȩ, multaq. ſcitu digna.
De Venatione, Aucupio, & Piſcatione, Scriptóres diuerſi.
Venationum variarum imagines ære inciſæ.
De iure venandi Scriptores.
Omnium item ferè Auium naturæ, & imagines ære inciſæ.
De Agrorum conditionibus, & limitibus.
Agriculturæ ſtatuta Vrbis Romæ; Agriculturæ Simulacrum, Encomium, Synonima, & Paradoxa.
De Arborum, & Vitium cultura.
De Inſitione Arborum.
Fruteta, & Olíueta, & cultura eorundem.
Montes, Siluæ, Nemora, Flumina, Fontes,

La-

Lacus, Stagna, Paludes, Sinus, & Maria.
De Alluuionibus Fluuiorum, & de Aquis eleuandis, & extollendis.
Rei denique Ruſticæ, inſtrumentorumq. omnium ad eam pertinentium Nomenclaturæ, diuerſis explicatæ linguis.

RESPVBLICA.

SCRIPTORES diuerſi de Reipublicæ origine, ac poteſtate, necnon de Republica inſtituenda, & gubernanda, deq. optimo eiuſdem ſtatu; De Conſiliariorum conſilio, deq. omnibus rebus ad optimos Conſiliarios pertinentibus; Deq. Simulacro Magiſtratus, & Ciuitatis; necnon Iudicij, & Conſilij.
Scriptores item diuerſi de Republica Romanorum etiam in exteris Prouincijs, Bello acquiſitis, deq. Republica Hebræorum, aliarumq. Nationum, ac Gentium, necnon de Republica Eccleſiaſtica. Scriptores denique de Vniuerſitatibus, Collegijs, & Academijs; deq. earundem Vniuerſitatum iure.

RES. POLITICA.

IN Ariſtotelis Politicorum libros diuerſi Scriptores; & quidem permulti.
De ſimulacro Reipublicæ, ſiue de imaginibus Politicæ virtutis.
Scriptores Politici non pauci, & contra ma-

los Politicos Auctores diuerſi.
Scriptores item de Status, vt aiunt, ratione complures.

PRINCIPATVS.

SCRIPTORES de inſtitutione Principis, & de Regimine Principum, deq. iuribus Principatuum complures.
Simulacrum optimi Principis, & Encomium, ex quo maiorem cum Deo, quàm cum hominibus affinitatem habere videtur. Similitudo Principis cum Ape. Hieroglyphicum Principis per Draconem, & Emblema Principis per Aquilam, quòd prudens, & fortis debeat eſſe. Exemplorum verò teſtimonia, cur prudens magis, quàm fortis eſſe debeat, oſtenduntur. Ritus denique ac mores antiquarum Gentium de Principe narrantur.
Scriptores item diuerſi de optimo Principe. De bonitate Principis; De Principe, ac Principatu; De Principe inſtituendo, & inſtruendo, necnon de ſpeculo Principum. De antiqua Principis gloria, & de Principum audientia; De vero, & Chriſtiano Principe, ac de Principe item perfecto; necnon, de origine, dignitate, ac poteſtate Ducum Italiæ; Hiſtoriæq. de Ducibus Ateſtinis, deq. Ducibus aliarum familiarum, aut Nationum.
Scriptores quoque de regali poteſtate; De offi-

cio Regis, ac de Regno gubernando. Quæſtiones item Theologicæ, Iuridicæ, ac Politicæ Imperatorum, Regum, & Principum omnium, clariſſimorumq. Virorum.

Genealogia Catholica Familiarum Regum, omnium Imperatorum, Principum, atque Procerum, necnon Leges ciuiles, & Eccleſiaſticæ Regum, & Imperatorum, & Horologium Principum, Annaleſq. & Vitæ Regum, & Imperatorum.

Atrium quoque Heroicum Regum, Imperatorum, & Procerum, Ducum, & Principum Iconibus illuſtratum, omníumq. denique Principum iam inde à creatione Mundi ad noſtra vſque tempora Theatrum ampliſſimum, & vniuerſale.

Chronographia item omnium ferè Regum, Principum, & Poteſtatum ab Orbe condito ad annum vſque Domini M. D. XLV.

Cæſarum, Regum, & Principum, vnius, & eiuſdem partim Generis, & Nominis; partimq. Imperij, ac Dominationis Vitæ parallelæ. De Coronis denique Chriſtianorum Principum, necnon Catalogus annorum, ac Principum omnium iam inde ab initio Mundi ad noſtra ferè vſque tempora.

De origine, ac differentia Principatus Imperialis, & Regalis: De antiquitate, ac iuſtitia vtriuſque: De Imperio occidentali, ac de Regno Italiæ, Scriptores diuerſi: De origine item, dignitate, ac poteſtate Ducum

Italiæ. Imperatorum, Regum; Ducum, & Principum, clariſſimorumq. Virorum Quæſtiones Theologicæ, Iuridicæ, ac Politicæ.

Scriptores item diuerſi de Ducibus Saxoniæ, Sabaudiæ, Brabantiæ, Regumq. ac Ducum Bauariæ.

Scriptores denique de Regibus Hiſpaniæ, Galliæ, ac Neapolis, eorundemq. Icones.

Auſtriacæ Gentis, aut Familię imagines, ęre inciſæ, omniumque Imperatorum tam Occidentalium, quàm Orientalium, ſcriptis item illuſtratæ, pluribuſq. Tomis comprehenſæ; Archiducum denique Auſtriæ Res geſtæ, ac Triumphi.

Pandectæ Triumphales, ſiue Pomparum, & Feſtorum, ac Solemnium Apparatuum, Conuiuiorum, Spectaculorum, Simulacrorum Bellicorum, Equeſtrium, & Pedeſtrium, Naumachiarum, Ludorumq. omnium nobiliorum Theatrum ampliſſimum, in quo etiam de Inaugurationibus, Nuptijs, amicis congreſſibus, aut Ingreſſibus, funeribuſq. Imperatorum, Regum, Principumq. fuſiſſimè ſcribitur, eorundemq. nomina conſcribuntur, inſigniaq. ligno inciſa. Iconeſq. Haſtiludiorum per Germaniam, ac denique per vniuerſam Europam celebratorum repręſentantur; Opus omnium Ordinum hominibus, præſertim verò Principibus, & Equeſtris Ordinis Viris non ſolum delectabile, ac iucundum valde, ſed etiam ſummè vtile.

PRIN-

PRINCIPANTIVM. SPECIES.

DE Monarchia, quæ eſt vnius tantum Principatus.
De Ariſtocratia, quæ eſt Optimatum Principatus.
De Democratia, quæ eſt Popularis Principatus.
De Oligarchia, quæ eſt Reipublicæ ſtatus à paucis adminiſtratæ.
De Timocratia, qua Populus Principem ſibi eligit.
De Polyarchia, quę eſt plurium Principatus, ſiue Imperantium, vel Ducum multitudo.
De Ochlocratia, quam faciunt, qui impetu plebeio, non legitima Democratia reguntur.

RES. AVLICA.

ETYMOLOGIAE variæ de hac voce Italicè dicta.
De Arte Aulica Scriptores, necnon de Curialium miſerijs.
De vita Curialium Scriptores antiqui.
De nugis Curialium, & veſtigijs Philoſophorum: Aulicæ vitæ ſtatus qualis, & Villæ laudes.
Practica Aulica moralis, & œconomica, in qua ſcitu digna multa explicantur.

RES

RES. MILITARIS.

RES militaris diuerſis, ac multis librorum titulis conſcripta.

Varia ad bonum Militem, & Copiarum Ductorem, Exercituumq. Rectorem pertinentia; & Quæſita item militaria.

Inſtrumenta, & Machinæ ære inciſa, & coloribus delineata.

Architecturæ militares, Caſtrametationes, & Munitiones.

Scriptores de Arte gladiatoria, ſiue de Ludo gladiatorio, & de congreſſu Gladiatorum.

Ars ædificandi, muniendi, & expugnandi Arces, & Ciuitates.

Scriptores de Vrbibus, Arcibus, Caſtelliſq. cõdendis, ac muniendis; deq. rebus alijs ad Artem militarem pertinentibus.

Res omnes ad Exercitum pertinentes, pluribus comprehenſæ libris.

Rei bellicæ ſimulacrum, & ſimilitudo eiuſdem per Lupum. Deq. ea diſputantium Paradoxa, An ſcilicet Res militaris ſit virtus, & num in ea inſidijs vti liceat.

De Milite ſacro, & ſeculari, & de Duello, Deq. Milite Chriſtiano Scriptores diuerſi.

Leges, & exempla Rei bellicæ, Ritus item, & antiquitas Belli indicendi.

Synonima Belli, & Encomium; Adagiumq. Militi quadrans, necnon Militis Hierogly- phi-

phicum per Monocerotem.

De Trenga, & Pace, necnon Pacis, & Concordiæ ſimulacrum, Pacis encomium, & Hieroglyphicum, Paradoxa diſputantium de Pace, necnon Ritus, & Exempla antiquorum de Pace.

Armorum omnium ad militiam pertinentium, Reiq. militaris Nomenclaturæ, diuerſis explicatę linguis.

Dignitatum denique, & Muniorum militarium omnium Nomenclaturæ, diuerſis explicatæ linguis.

RES · EQVESTRIS.

DE origine Equitum, deq. omnibus Equitum generibus, aut Ordinibus; necnon ſtatutis, ac legibus eorundem; Deq. munere, aut officio ad Equites pertinentes diuerſi Scriptores.

Scriptores item complures de conditionibus Equitum; De corona, De Schola; Deq. ſpeculo eorundem.

Scriptores inſuper de Equeſtri dignitate; Necnon de Hieroſolymitani Equitis creatione.

Varia denique ad Equites, & Equitatum, necnon ad Ordinem, & diſciplinam Equeſtrem pertinentia.

RES. EQVINA.

DE Equiſone, ſeu Equorum Magiſtro, qui equorum curam gerit in ijs domandis, & inſtituendis diuerſi Scriptores.

De vario equitandi modo.

Hippiatria, ſiue Mareſcalia, ære inciſa.

De geſticulatione Equorum in ipſis agitandis.

De Anatomia, & Chirurgia Equorum, ære inciſa.

De genitura equorum ſalubriter procuranda.

De nutritura eorundem bene gerenda.

De Valetudine præſeruanda.

De Multiplici equorum indole cognoſcenda.

De Morbis eorundem cognoſcendis, & curandis.

De cauterijs, vel ſtigmatijs, aut notis Equorum.

De varijs frænorum formis, ære inciſis.

De Equis frænandis, agitandis, aut ſubſiſtendis.

Omnia prædicta ſunt Italico, vel Latino Idiomate conſcripta, magnaq. ex parte ligno, vel ære inciſa.

Propriarum rerum, ad equos pertinentium, nomenclaturæ, diuerſis explicatæ linguis.

RES. NAVTICA & Aquatilis.

SCRIPTORES de Fontibus, Lacubus, Fluminibus, Stagnis, Paludibus, deq. aquis eleuandis; Necnon de Maribus, vel de diuerſis Maris nominibus, necnon de rebus ad eandem rem naualem pertinentibus, & ſcitu dignis.

Scriptores item de occulta cauſa fluxus, & refluxus Maris, deq. eiuſdem ſalſedine.

De Arte nauigandi Scriptores multi, & Chartæ nauigandi, coloribus delineatæ, cum circino nautico, ac verſoria, quam Pixidiculam magnetis appellant.

Figura inſtrumenti nautici ad omnes ventos tam mediterraneos, quàm maritimos cognoſcendos inuenta.

De Pneumatibus, aut ſpiritalibus diuerſi Scriptores.

Speculum nauticum delineatum, & miniatum.

De Re nauali; in qua Naues, & Scaphæ antiquæ tam maritimæ, quàm fluuiales figuris, & ſcriptis repræſentantur.

Tabulæ Nauticæ totius maris Occidentalis ære inciſæ, & Nauigationes variæ pluribus comprehenſæ tomis.

Diaria Nautica in Indiam Orientalem admiranda, figuris, & imaginibus referta, & Itinera-

neraria maritima diuerſarum Nationum, pluribus Tomis comprehenſa.

Nauigationes Turcicæ, atque itinera eorundem, imaginibus varijs ære inciſis, & miniatis plena.

Nauigationes, & Itinerarium in Indiam Orientalem, & in Luſitaniam, Imaginibus, & figuris ære inciſis, & miniatis.

Rei Naualis, & Nauium item partium, ac inſtrumentorum omnium; Necnon rei Piſcatoriæ, diuerſis explicatæ linguis.

Maris item cuiuſcunque, Sinuum, Portuum, Lacuum, & Paludarum; Necnon aquarum omnium Fluuiorum, & Fontium, Promontoriorum, atque Inſularum omnium Nomenclaturæ, diuerſis denique linguis explicatæ.

RES. PHILOSOPHICA.

PHILOSOPHIA Platonis vniuerſa, Græca, & Latina, Commentarijq. Platonici antiqui, & recentiores.

Philoſophia Ariſtotelis vniuerſa Græca, & Latina.

Scriptores de vniuerſa Philoſophia diuerſi.

In Metaphyſicã, & in vniuerſam Philoſophiam Ariſtotelis, Moralem ſcilicet, Politicam, & Naturalem. Scholaſtici Scriptores Græci, ac Latini permulti.

Scriptores de Philoſophis cautè legendis, deq.

Philoſophiæ vanitate.

De Philoſophorum, Poëtarum, ac Theologorum concordantijs, deq. oſculo, aut conſenſu Ethnicæ, atque Chriſtianæ Philoſophiæ Scriptores.

De Monſtris, & Monſtrorum ortu, de occultis, & admirandis rebus Naturæ Scriptores.

De Prodigijs item, & Oſtentis, aut Portentis tam cæleſtibus, quàm terreſtribus, etiam præter Naturæ ordinem, motum, & operationem ab exordio Mundi ad noſtra vſque tempora.

Omnium temporum, Anni ſcilicet, Menſium, dierum, noctium, horarum, dictarumq. rerum partium omnium Nomenclaturę, diuerſis explicatę linguis.

RES. SVBLVNARIS.

SCRIPTORES de omnibus Elementis, & in omnia Ariſtotelis Meteora. Scriptores item priuatim, & quidem permulti, de Cometis, deq. omnibus impreſſionibus, quę ſub Luna geruntur: De Nubibus, ac Nebulis; de Pluuia, de Niue, de Grandine, de Pruinis, de Tempeſtate, de Fulgure, de Fulmine, de Tonitruo, de omnibus Ventis, deq. Terræmotu.

Elementorum, eòq. ſpectantium, Sublunariũq. Nomenclaturę, diuerſis explicatæ linguis.

Vniuerſę denique Terrę, vniuerſarum Aquarum, &

& Locorum, dictarumq. rerum partium diuerſorum vocabulorum Nomenclaturæ, diuerſis explicatæ linguis.

RES. ANIMALIS.

ANIMALIA omnia terreſtria, Serpentes, Vermes item, & Inſecta omnia, & Ouipara, deſcripta, delineata, vel ære inciſa, & miniata, multiſq. comprehenſa libris ob oculos ponuntur.

Volatilia quoque, & Aquatilia deſcripta, multiſq. tomis comprehenſa, iconibus miniatis repræſentantur. De omnium ferè Auium naturis, deq. iiſdem Auibus capiendis, educandis, cibandis, condocendis, & curandis, aut medendis.

Aquatilium denique omnium Animalium hiſtoriæ, nomina Græca, Latina, & Vulgaria variarum Nationum; Deſcriptiones item, partus, locus, natura, & mores, necnon capiendi, condiendi, & nutriendi rationes, & quibus denique medeantur aquatilia quædam, explicatur.

Piſces præterea delineati, aut ære inciſi, deſcripti, & miniati pluribus Tomis comprehenduntur.

Scriptores diuerſi de Animalium terreſtrium quorundam præſtantia, vel nobilitate ſub iocoſis librorum titulis, in quibus multa lectu iucunda enarrantur.

No-

Nomenclaturæ denique tam ad nomina omnium Animalium, quàm ad Rem piſcatoriam, & venatoriam pertinentes, diuerſis explicatæ linguis.

RES. ARBOREA & Herbaria.

HERBAE, ac Plantæ reapſe ſuper chartam conglutinatæ pluribus Tomis in folio comprehenſæ.

Herbæ, Arbores, vel Plantæ, ac Frutices Iconibus repræſentatæ, necnon miniatæ, ac deſcriptæ, multiſq. Tomis comprehenſæ cum earundem proprietatibus, & virtutibus.

Scriptores item de herbis, arboribus, ſtirpibus, & fruticibus permulti.

Phytognomonica Herbarum, Plantarum, & Animalium.

De Natura Simplicium Scriptores varij.

Chronica, & Chronoſophiæ Plantarum, Herbarum, & Florum; Deq. diſtillatione Scriptores diuerſi.

Nomenclaturæ denique fructuum, frumentorum, leguminum, Rei herbareæ, Arborum, & Fruticum, diuerſis explicatæ linguis.

RES. SVBTERRANEA.

SCRIPTORES de Metallis, aliarumq. rerum Fodinis; Deq. Metallorum tranſmutatione, ac fuſione.

Scriptores item alij de omnibus lapidibus pretioſis cum eorundem Iconibus, etiam miniatis; necnon de proprietatibus, & virtutibus eorundem, cunctiſq. denique Fodinis, quę vulgo Mineræ vocitantur.

De Sale, qui ex terra & aqua, præcipuis miſtorũ partibus, conſtat; eiuſq. generibus, aquatili ſcilicet, atque foſſili; natiuo item, & factitio.

De Salis quoque vario, & communi omnibus Animantibus vſu, necnon de ipſius qualitatibus, & effectibus admirandis; Deq. innumeris ferè dictis à naturali ſale in Myſticum per figuram tranſlatis; Necnon de omnibus tandem Europæ locis, præſertim verò celebrioribus, in quibus Sal naſcitur.

Nomenclaturæ denique Metallorum omnium, Lapidum, ac Gemmarum diuerſis explicatæ linguis; Necnon de Arte aurificina Scriptores; Reiq. aurificinæ Nomenclaturæ diuerſis item explicatæ linguis.

ARS. ALCHIMICA. SIVE Chimica, vel Chemica.

SCRIPTORES pro Arte Chimica, & contra eam omnes tam antiqui, quàm recẽtiores, qui ad hanc vſque diem de Arte Chimica ſcripſerunt ſub diuerſis librorũ titulis.

De Metallorum tranſmutatione, ac fuſione, quæ Chimia, vel Chemia propriè dici debet, articulo arabico, Al, prætermiſſo: dicitur

citur enim à verbo Græco χέω, Cheo, quod eſt fundo, vel liquefacio.

Pyrotechnia, & Aurificina, in quibus agitur de fuſoria omnium metallorum arte, necnon de omnium Fodinarum generibus, quæ inter Subterranea videre licet.

RES. MEDICA.

DE Medici nobilitate, qua Medicus Iuriſprudente nobilior iudicatur; Deq. Medicinæ nobilitate Scriptores diuerſi.

Scriptores item inſigniores de Theorica, & Practica huiuſce artis tam veteres, quàm recentiores permulti; Deq. ſanitate tuenda & conſeruanda; necnon de morbis curandis non pauci Scriptores.

Aggregationes omnium rerum medicarum, in quibus omnium rerum qualitates, & effectus, Medicorumq. omnium, aut Doctorum opiniones recitantur.

Scriptores de regimine ſanitatis, de ſanitate tuenda, & conſeruanda diuerſi.

Scriptores varij de ſecretis Medicinæ, Conſultationes diuerſorum, Canones, ac Tabulæ totius Medicinæ.

Scriptores de vrinis, & de omnibus earundem ſignis, & de pulſibus diuerſi.

Scriptores de Flebotomia, vel de Theorica, & Practica venæ incidendæ complures.

Scriptores item de priſcorum Philoſophorum

veræ Medicinę materia, præparationis modo, & in curandis morbis præſtantia.
De morbis Puerorum, De morbis venenoſis curandis, & de venenis.
De exquiſita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum præparatione, atque vſu.
Scriptores de Aëre, de vinis, de aquis, & locis, ac de omnium ciborum generibus permulti. Necnon de Podagra curanda.
Scriptores varij de Peſte curanda, & de Præſeruatione ab ea; Deq. lue venerea, quam morbum Gallicum falsò dicunt, curanda.
Scriptores item de grauiſſimis totius capitis affectibus curandis.
Scriptores multi de Febribus.
Scriptores item de modo collegiandi, prognoſticandi, & curandi febres; Deque Aſtronomia in morbis curandis adhibenda.
Varia opuſcula ad Medicinam pertinentia ſub diuerſis librorum titulis comprehenſa.
Scriptores de Thermis, aut Balneis complures.
Scriptores de ijs rebus, quæ ad Aromatarios pertinent, non pauci.
De vulneribus, quæ ſclopetorum, & ſimilium tormentorum ictibus fiunt, curandis.
Diuerſi Scriptores in Galenum, Hippocratem, Auicennam, & in alios Medicos veteres.

Me-

Medicinæ Simulacrum, Encomium, & Hieroglyphicum per lauri ramulum, palumbi roſtro geſtatum, necnon Symbolum medicinæ per alitem Ibim. Paradoxa item de Medicina diſputantium, Problema, & Emblema eiuſdem per Aeſculapij Aedem, Rituſq. & honor nonnullarum Gentium in Medicinæ obſeruatione.

Icones Medicorum, ac Philoſophorum ære inciſæ, eorundemq. Vitæ.

De ratione inueniendi compoſita medicamenta morborum internorum, & externorum humani corporis; Necnon de modo curandi morbos per bonam diætam.

Pandectæ Medicinæ Aromatarijs, & Medicis valde vtiles, ac neceſſariæ.

Nomenclaturæ omnium aromatum, & ſpecierum, diuerſis explicatæ linguis.

Morborum denique, ac Symptomatum, vitiorumq. naturæ, necnon humani corporis affectionum, medicamentorumq. omnium Nomenclaturæ, diuerſis item explicatæ linguis.

ARS ANATOMICA ET Chirurgica.

SCRIPTORES de vtraque Arte permulti.

Anatomiæ corporis humani, Equorum, & aliorum Brutorum.

Anatómię Organorum, ſiue inſtrumentorum Viſus, Vocis, & Auditus, tam Hominum, quàm Brutorum complures, Iconibus ære inciſis repræſentatæ;

Omnia ad vtramque Artem pertinentia tam ſcriptis, quàm figuris, & inſtrumentis repræſentantur.

Nomenclaturæ denique rei Chirurgicæ, omnium ſcilicet inſtrumentorum ad eam pertinentium, diuerſis explicatæ linguis.

MATHEMATICA.

De Mathematicis ſcientijs, aut diſciplinis, quæ ſunt Geometria, Arithmetica, Muſica, & Aſtrologia Scriptores tam recentiores, quàm antiqui, varias materias cuiuſcunque ſcientiæ conſcribentes permulti.

Mathematica item diuerſis materiarum nominibus, diuerſiſq. librorum titulis inſcripta.

Inſtrumenta, & Machinæ, atque Mechanica omnia partim deſcripta, partim delineata, partim verò reapſe inueniuntur ad Matheſim omnem pertinentia.

Scriptores de Horologijs complures, necnon de Re Gnomonica, & de Triangulis.

Scriptores diuerſi de Arte Cyclognomica; De Cyclometricis elementis, & de Meſolabio: Collectiones Mathematicę commentarijs illuſtratę, necnon diuerſæ ſpeculationes Mathematicæ: De dimenſione Circuli, & de

conta-

contactu Linearum, & de duabus Lineis parallelis, deq. non parallelis, neque concurrentibus. De Centro grauitatis ſolidorum, deq. Parabolę Quadratura; Necnon de Problemate Apolliniaco, deq. eius conſtructione.

Scriptores de Radio Geometrico, & Aſtrologico.

De Quadrante, & de Circuli Quadratura Scriptores non pauci; deq. aquis eleuandis, aut extollendis.

Scriptores multi de Romano Kalendario emendando, & emendato. De Anni emendatione, necnon de Annis, & Menſibus, deq. Kalendarijs diuerſarum Nationum. De Mathematicæ ſimulacro, & vtilitate.

Scriptores denique contra omnes Mathematicos.

RES. GEOMETRICA.

DE Geometria tam Theorica, quàm Practica, quæ eſt menſuratio Terræ, ſiue ars ipſa dimetiendi Terram, Scriptores multi.

De Analyſi Geometrica, deq. omnibus rebus Geometricis diuerſi Scriptores, & Scholia in eaſdem.

De Inuentoribus Geometrię, de eius quoque vtilitate, ac laudibus diuerſi Scriptores.

Geometriæ Hieroglyphicum per Arundinem repræſentatum, & Encomium eiuſdem.

Inſtrumenta Geometrica, & Menſurarum varia genera.
De ſectione Cylindri, & Coni.
Inſtitutiones Geometricæ Pictoribus, Fabris ærarijs, ac Lignarijs, Lapicidis, Statuarijs, & ijs omnibus, qui Circino, Gnomone, ac Libella opera ſua examinant, neceſſariæ.
Scriptores de Ponderibus, & Menſuris quibuſcunque complures.
De modo metiendi omnes altitudines, profunditates, & diſtantias locorum ſolo viſu, & Quadrato geometrico, alijſq. Inſtrumentis.
De via item facillima inueniendi profunditatem cuiuſcunque Maris, totiuſq. Terræ ambitum.
De proportione, & proportionalitate ipſius Quanti ad Geometriam, Arithmeticam, & ad alias Scientias, & Artes pertinente.
De Algebra, quæ Arithmeticæ, ac Geometriȩ deſeruit, Scriptores diuerſi.

ARITHMETICA.

DE Arithmeticæ Theorica, & Practica Scriptores multi.
Arithmeticæ Encomium, & Hieroglyphicum per digitos ſurrectos repræſentatum.
Scriptores diuerſi de Græcis, ac Latinis numerorum Notis, quibus in numerando tam Græci, quàm Latini vti ſolent, dum in Libris

bris

bris, aut Lapidibus, &c. numerum aliquem per litteras Alphabeti repræſentare ſolent.

De emendata numeratione Scriptores.

Numerorum figuræ variæ.

Ars ſupputandi multis comprehenſa libris.

De omnibus ſupputandi modis, ad quamlibet mercaturam pertinentibus, varij Scriptores.

De Algebra, quæ Arithmeticæ ac Geometriæ deſeruit, Scriptores.

De Myſtica numerorum ſignificatione opuſcula varia.

MVSICA.

THEORICA, & Practica multis comprehenſa libris.

Variarum notarum Muſicarum formæ.

Notæ Muſicæ primitus inuentæ.

Muſica Eccleſiaſtica ex omni genere, necnon profana. De Muſica diſputantium Paradoxa. Muſicæ Simulacrum, Encomium, & Hieroglyphicum per Luciniam Auem repræſentatum. Emblema item Muſicæ per Cicadam teſtudini inſidentem. Deq. Muſica exemplorum teſtimonia.

Muſicæ vniuerſæ, harmonicæ ſcilicet, organicę, ac rhythmicę tam inſtrumentorum, quàm aliarum rerum nomenclaturę, diuerſis explicatę linguis.

RES ASTRONOMICA & Aſtrologica.

DE Aſtronomia, quę motuum cęleſtium ſcientiam docet, Scriptores permulti antiqui, & recentiores.

Aſtronomię inſtauratę Mechanica, ſiue Inſtrumenta aſtronomica, figuris, & ſcriptis repręſentata cum eorundem fabricę, atque vſus explicationibus.

Aſtronomiæ Encomium, & Hieroglyphicum per ſerpentem, & manum.

Aſtronomia Medicinę in morbis curandis.

De Aſtrologia, quæ Cæli rationem, Aſtrorumq. curſus docet ſcientiam, Scriptores quamplurimi antiqui, & recentiores.

Vranometria, omnium Aſteriſmorum continens Schemata noua, methodo delineata, æreiſq. laminis expreſſa.

Sphæræ Cæleſtes, ac Terreſtres, Aſtrolabia, Globi, Cæleſtes item, ac Terreſtres, quos vocant ſolidos.

Prognoſtica ſuper præcipuas Mundi partes, & Almanach diuerſorum Auctorũ perpetua.

De Aſtrolabijs, eorumque compoſitione, atque vtilitatibus.

Scriptores de conſtitutione Horoſcopi, & Ephemerides diuerſorum Auctorum.

Tabulæ Luminarium, & Planetarum motuum; necnon Tabulæ primi Mobilis.

Circuli, & Orbes in libris delineati.

De reuolutionibus Orbium cæleſtium, & de Planetarum Æquatore, necnon de Anni emendatione.

De Triangulis varij Scriptores, necnon de Quadrante Aſtronomico.

Scriptores de Radio Aſtronomico antiquo, & Latino recentiori. Multa item alia ad hanc Artem pertinentia, diuerſis librorum titulis comprehenſa.

De Stella noua Anno Domini 1572. & de altera item noua Anno D 1604. Scriptores diuerſi.

RES. COSMOGRAPHICA.

DE Coſmographia, quæ eſt totius mundi deſcriptio, eſt varijs conſcripta libris, ac delineata, & miniata in Tabulis, aut Mappis.

Speculũ Orbis terræ cum Tabulis ære inciſis.

Nouus Orbis Regionum, & Inſularum, veteribus incognitarum cum Tabula Coſmographica.

RES. CHOROGRAPHICA.

CHOROGRAPHIA, vel Topographia, quę eſt loci alicuius particularis deſcriptio, varijs comprehenditur libris, ac Tabulis delineata, & miniata.

Theatrũ Terræ Sanctæ cũ Tabulis geographicis,

Thea-

Theatrum Orbis terrarum æneis figuris inciſum, Theatriq. compendium ære item inciſum, ac miniatum.

Itineraria diuerſarum Prouinciarũ, & Nationũ, Æthiopiæ, Ægypti, vtriuſque Arabiæ, Perſidis, Syrię, atque Indię, intra, & extra Gangẽ.

Theatrum Ciuitatum totius Orbis, æneis item figuris inciſum, multiſq. Tomis cõprehenſum.

Theatrumq. Ciuitatũ Italicarũ ære itẽ inciſum.

Americæ totius deſcriptio, ac delineatio multis Tomis comprehenſa, ære inciſa.

Omnium Inſularum deſcriptiones, & Ciuitates Græciæ ære inciſæ, ac miniatæ.

Regiſtrum, ſiue Theatrum totius Mundi, ligneis figuris inciſum, & ſcriptis explicatum, tam ſcilicet Regionum, & Ciuitatũ, quàm Ducũ, Regum, Imperatorum, Summorũ Pontificũ, Cardinaliũ, Epiſcoporum, Conciliorũ, Prophetarũ, Apoſtolorũ, Euangeliſtarũ, Doctorũ, Sanctorum, ceterorumq. Virorũ aliqua re illuſtrium, Rerumq. geſtarum per ſex mundi Ætates iam inde ab ipſo Mundi exordio.

Regionum, Populorum, Oppidorum, & Ciuitatum, Inſularum item, Montium, Vallium, & Siluarum Nomenclaturæ, diuerſis denique linguis explicatæ.

RES. GEOGRAPHICA.

DE Geographia, quæ eſt totius terrarum Orbis deſcriptio, Scriptores diuerſi.

In-

Inſtrumenta Geographica.

Tabulæ Geographicæ vniuerſi Orbis, pluribus Libris comprehenſæ.

Speculum Orbis terræ cum Tabulis Geographicis ære inciſis, etiam miniatis.

Geographia vniuerſalis Arabicè conſcripta.

Tabulæ Geographicæ, ac deſcriptio Syriæ, & Aegypti, Palęſtinæ, & Arabię, Schondię, vel Scandiæ, & Olmiæ, Perſidis, Guineæ, Congi, Luſitanię, ac Indiarum intus, & extra Gangem, Imaginibus rerum admirandarum, & memorandarum ære inciſis, ac miniatis illuſtratæ, pluribuſq. Tomis comprehenſæ.

Deſcriptiones deniq. Britannię, Scotię, Hibernię, atque Orchadum.

ARCHITECTVRA
Sculptura, & Proſpectiua, vel Perſpectiua.

DE hiſce Artibus varij Scriptores tam de Theorica; quàm de Practica earundem.

Scriptores de Obelis, aut Obeliſcis varij.

Aedificia, & Statuæ ære inciſa.

Inſtrumenta, & Machinæ, ære item inciſa.

Icones etiam, & figuræ multis libris comprehenſæ, tam ad ſacras res, quàm ad profanas pertinentes.

Rei Architectonicæ, Fabriliumq. rerum omnium

nium Nomenclaturæ, diuerſis explicatę linguis.

PICTVRA.

ARS picturæ pluribus conſcripta libris, Theoricam, & Practicam comprehendit.

De nobilitate Picturæ Scriptores: alij verò de Picturę præceptis.

Symmetria omnium partium humanorum corporum Latino, & vulgari ſermone conſcripta, & delineata tam ad Pictores, quàm ad Sculptores pertinens, in qua etiam explicatur, quonam modo tam Pictores, quàm Sculptores repræſentare queant diuerſas hominum naturas indiuiduales, diuerſoſque eorundem affectus, ob varios caſus, qui cuilibet in dies euenire ſolent.

Imagines multiplices ex antiquis, ac recentioribus deſumptæ ad virtutes, & vitia, & ad affectus humanos repræſentandos, Pictoribus, & Sculptoribus neceſſariæ, Italica lingua ad vnguem deſcriptæ.

Omnia tum armorum, Galearum ſcilicet, ac Thoracharum, Clypeorum, & Scutorum: tum etiam Epyſtiliorum, & Baſium columnarum, necnon Capitum humanorum diuerſimodè inſignitorum; tam Feminarum, quàm Virorum, manuum item

ac pedum, tibiarumq. varias poſitiones repræſentantium genera delineata, & impreſſa, Pictoribus, & Sculptoribus non parum vtilia.

Multiplices libri, Statuarũ, & Aedificiorũ antiquorũ, aliarumq. rerum, & quidẽ plurimarũ, quæ ligno, aut ære inciſæ inueniuntur, imaginibus, aut figuris referti, tam ad Pictores, quàm ad Sculptores pertinentes.

Scriptores de omnium colorum ſpeciebus, deq. ijs adhibendis in pictura.

De ſignificatu colorum Scriptores varij.

Nomenclaturæ denique omnium colorum, reiq. Pictoriæ inſtrumentorum, diuerſis explicatæ linguis.

Pictorum denique, Sculptorum, & Architectorum Icones, pluribus Tomis repræſentantur.

Vitæ item, necnon eorundem opera, & artificia narrantur, præuia in Picturam, Sculpturam, Architecturam, ac Proſpectiuam, vel Perſpectiuam inſtructione.

RES. HISTORICA.

HISTORIAE conſcribendæ præcepta diuerſorum Auctorum; Deq. vtilitate legendæ Hiſtoriȩ; Necnon de Arte hiſtorica Scriptores diuerſi.

Encomium Hiſtoriæ, ac Hieroglyphicum reprȩſentatum per Argentum.

De Hiſtoricorum tam veterum, quàm recentiorum

tiorum ſcriptis examinatis Iudicium : & Hiſtoriæ ſimulacrum.

Hiſtoriarum Scriptores antiqui, & recentiores ferè omnes tam rerum ſacrarum, quàm profanarum.

Hiſtoriæ omnium Nationum, aut Gentium, Hiſtoriarumq. Theſauri.

Hiſtoriæ Imperatorum, Regum, Ducum, aut Principum, Illuſtriumq. Virorum.

Magna item extat congeries, vel collectio permultis Tomis comprehenſa tum Græcorum, tum Latinorum Auctorum, qui de rebus Prouinciarum, & Regnorum, Ducatuumq. aliquot, necnon Inſularum, & Ciuitatum multarum ſcripſerunt.

Scriptores de exemplis, vel de dictis, & factis rerũ memorabilium, Imperatorum, Regum, Principum, Ducũ, Epiſcoporum, Sacerdotũ, priuatorumq. hominum ex omni genere hiſtoriarum collectis.

Annales denique Conſulum, Dictatorum, Cenſorumq. Romanorum ab Vrbe condita, vſque ad Tiberium Cæſarem.

Scriptores permulti de Republica Romana, etiam in exteris Prouincijs Bellò acquiſitis.

De Conſulibus, & Comitijs Romanorum.

De Foro item Romano, Deq. Vrbe Roma.

De Antiquitatibus, & Mirabilibus eiuſdem Romæ tam Sacris, quàm Profanis, præſertim verò ædificijs admirandis diuerſi Scriptores.

Ro-

Roma item ipſa tam vetus, hoc eſt, ex monumentis antiquis deſumpta, & delineata, æreq. ac ligno inciſa, & miniata; quàm etiam noua cum omnibus vijs, & ædificijs delineata, æreq. inciſa, & miniata, & in Mappis ambæ repræſentatæ.

De Septem Mirabilibus, vel, vt aiunt, Mundi miraculis, ære inciſis.

Hiſtoriæ Romanæ Onomaſticon, Familiarumq. Romanarum, & illuſtrium Perſonarum Stēmata, necnon Cognominum, & Agnominum expoſitio.

Scriptores diuerſi de Religione Romanorum antiqua; De Romano Imperio, & iuriſditione; De antiquo iure Populi Romani; De Regno Italiæ, Deq. Occidentali Imperio.

De Primatu prioris geniti Regum, Magnorumq. Principum Romani Orbis.

Hiſtoriæ Auguſtæ, ac Romanæ Scriptores Græci, ac Latini, pluribus Tomis comprehenſi.

De Caſtrametatione, ac diſciplina militari, Balneis, & exercitijs tam Græcorum, quàm Romanorum antiquis.

De Spolijs bellicis, Trophæis, Arcubus triumphalibus, deq. Pompa Triumphi, necnon de Faſtis, ac Triumphis Romanorum, Deq. victu, & vita eorundem Scriptores diuerſi.

Pandectæ triumphales, Ludi Circenſes, ac Triũphi Romanorum; Naumachiæ, ideſt, Pu-

gnæ nauales ; Necnon Sacra Romanorum, veterum , & Ritus : Quæ ſanè omnia ſcriptis explicantur , æneiſq. figuris illuſtrãtur .

Relationes , aut nuncij diuerſarum rerum in dies accidentium impreſſi , & hinc inde collecti , multiſq. Tomis comprehenſi .

Familiæ Romanæ antiquæ à pluribus Auctoribus conſcriptæ .

Icones item , aut Imagines Regum , & Imperatorum tam Orientalium , quàm Occidentalium ære inciſæ .

Icones denique , aut Imagines Virorum illuſtrium quarundam Familiarum præcipuarum ære item inciſæ , Scriptiſq. illuſtratæ .

Chronica , quæ ſunt Annales , vel Hiſtoriæ tẽporum memoriam conſeruantes , quibus res geſtæ , ſeruato temporum ordine , digeruntur , complura .

Chronicon Eccleſiaſticum.

Chronica item de Prodigijs , & Oſtentis , aut Portentis tam cæleſtibus , quàm terreſtribus etiam præter Naturæ ordinem , motum, & operationem ab exordio Mundi ad noſtra vſque tempora .

Chronicon Anglorum Regum.

Chronhiſtoriæ , & Chronologiæ diuerſorum Auctorum , & Faſciculus temporum : De temporibus , deq. temporum emendatione Scriptores diuerſi.

Icones Prouinciarum , & Ciuitatum ære inciſę .

Bella

Bella diuerſarum Nationum, & Itineraria diuerſa. Hiſtoriæ item ſacri Belli in diuerſis, ac remotioribus mundi partibus geſti.

Inſcriptiones Latinæ, & Græcæ pluribus Tomis comprehenſæ.

Hiſtoriæ quoque Belli Dacici à Traiano Cæſare geſti ex imaginibus, aut ſimulacris, quæ in Columna Traiana Romę viſuntur, collecta, ijſdem etiam ſimulacris ære inciſis; Necnon Hiſtoria de Anima Traiani à tartareis cruciatibus Sancti Gregorij Magni Pontificis Romani precibus erepta.

Non deſunt Scriptores de Columnæ Traianę, & Antoninianæ, necnon Obeliſcorum Inſcriptionibus, & Hiſtorijs, deq. nouis Dedicationibus, Chriſtianam, & veram Religionem præſeferentibus, tam Columnarum, quàm Obeliſcorum, ijſdem Columnis, & Obeliſcis exorcizatis, & ab impietate expurgatis, ad Sacros; & diuinos triumphos erigendos, iuſſu Sixti V. P. M. ſempiterna memoria digniſſimi.

Scriptores denique non deſunt de rébus geſtis ab eodem Sixto V. ad res ſanè pias, heroicas, atque arduas, Principe ſcilicet potentiſſimo, quin Pontifice Summo, ac ſe ipſo digniſſimas efficiendas, & producendas nato.

Epitaphia Latina, & Græca, non ſolum antiquæ Romæ, ſed etiam totius Mundi, pluribus Tomis comprehenſa.

F 2 Fu-

Funeralia, & Sepulcra Romanorum, diuerſarumq. Nationum antiqua.
Vitæ, & Hiſtoriæ Imperatorum, Regum, Ducum, & Principum, aliorumq. Virorum inſignium diuerſarum Familiarum illuſtrium.
Elogia item, ac Virorum illuſtrium, & eorundem Vitæ; Patrum item, ac Fratrum vitæ pluribus Tomis comprehenſæ.
De conſcribendis Vitis commentarij complures.
Scriptores diuerſi de Gentium migratione, ac ruinis, deq. Statuum mutationibus.
Virorum illuſtrium Imagines ex antiquis marmoribus, numiſmatibus, & gemmis expreſſæ. Deq. illuſtrium Virorum caſibus exempla permulta.
Imagines inſignes ex probatiſſimis Auctoribus deſumptæ.
Res Turcicæ multis comprehenſæ Tomis, & contra Alchoranum, & Sectam Mahometicam Scriptores diuerſi.
De Dijs Gentium, deq. falſa earundem Religione, necnon de errore Religionum profanarum Auctores Græci, & Latini.
Imagines item Deorum eorundem.
De ſacrificijs, ritibus, ac ſuperſtitionibus Ethnicorum, ſiue Gentium, Deq. moribus earundem Scriptores varij.
Variæ item Hiſtorię ſimul collectæ, compluribus Tomis, diuerſiſq. titulis comprehenſæ.

Hi-

Hiſtorici denique ferè omnes, tam Græci, quàm Latini; tamq. veteres, quàm recentiores, qui ad hanc vſque diem Hiſtorias conſcripſiſſe inueniuntur.

RES. NVMMARIA:

TOREVMATA, aut Nummiſmata reapſe, quæ vulgo Medaliæ vocitantur, per multa.

Toreumata, aut Nummiſmata Imperatorum verbis explicata, & delineata.

Nummi, aut monetæ delineatæ in libris.

Scriptores diuerſi de Seſtertijs, Talentis, & Siclis, deq. alijs monetis tam Romanorum, quàm Hebræorum, ceterarumq. Nationum antiquis, deque monetarum earundem valore, liga, pondere, poteſtate, mutatione, variatione, ac falſitate.

Scriptores item diuerſi de triginta illis Denarijs, vel Argenteis, quibus Chriſtus Dominus Saluator noſter, & Redemptor, venditus fuit, deq. eorundem valore.

De nummis, aut monetis noſtri temporis, & earundem valore, deq. monetis antiquis ad noſtras redactis; Necnon de augmento, ac variatione monetarum varij Scriptores.

Monetarum, ſiue nummorum, ac numiſmatum, vniuerſæque rei nummariæ Nomenclaturæ, ponderis item, & omnium menſurarum generum, diuerſis explicatę linguis.

Pecuniæ, ac Mercaturæ ſimulacrum, Hieroglyphicum, Encomium, Synonima, & Paradoxa.

RHETORICA.

IN hanc facultatem Commentarij antiqui, & recentiores, tam ex Græcis, quàm ex Latinis.

Rhetores, & Oratores varij in Artem Oratoriam, & Rhetoricam Ciceronis.

De recta ſcribendi ratione, De ſublimi dicendi genere Græcè, ac Latinè.

De arte orandi Scriptores non pauci, Orationeſq. omnium generum plurimis comprehenduntur Tomis.

Scriptores diuerſi pro Scribis, & pro ijs, qui ſunt à ſecretis; deq. modo conficiendi epiſtolas, Auctores non pauci.

Epiſtolæ item omnium generum Tomis permultis comprehenduntur; immo Tomorum tam Orationum, quam Epiſtolarum, magna extat congeries.

De Imitatione Scriptores diuerſi.

Omnia Ciceronis opera Cōmentarijs illuſtrata.

RES. LOGICALIS.

LOGICA, vel Dialectica Ariſtotelis vniuerſa Græca, & Latina. Commentarij antiqui, & recentiores in vniuerſam Logicam per-

permulti, quorum magna extat congeries.

Dialecticæ ſimulacrum, & Encomium, eiuſdemque ſimilitudo per pugnum repræſentata, & Hieroglyphicum per Lunam conſcriptum, necnon de ipſamet diſputantium Paradoxa.

ARS. POETICA
& Poetæ.

DE Arte Poetica Scriptores non pauci: In Poeticam Ariſtotelis Commentarij complures.

Poetæ Græci, & Latini antiqui omnes Heroici, Lyrici, Satyrici, Tragici, & Mythologici, Commentarij veteres, ac recentiores permulti in aliquot Poetas antiquos, & inſigniores.

Topica item Poetica, quæ præcipuas Poeticæ partes repræſentat.

Facetiarum, & exemplorum libri varij, facetæq. litteræ, atque iocoſæ.

Tragoediarum item, Comoediarum Scriptores antiqui Græci, ac Latini. Verſuum diuerſorum Auctorum magna congeries pluribus Tomis comprehenſa.

Auctores de Poemate conſcribendo; De Satyrica Græcorum Poeſi; necnon de Epigrammate conficiundo, deq. Verſu heroico diuerſi, & Poemata diuerſa.

Carmina Rhythmica diuerſorum Auctorum, qui lingua Italica ſcripſerunt, & de co-

pia eiuſdem linguę Scriptores diuerſi.

Poetriæ item non deſunt, quæ Latina, & Italica lingua ſcripſerunt: earundemq. proſæ Italica quoque lingua in Sacras res conſcriptæ non deſiderantur.

Extat etiam liber Verſibus octonis rhythmicis Italica lingua, & miro quidem artificio conſcriptis plenus, quorum verſuum omnium voces poſtremæ, aut deſinentiæ nonniſi glaciem, & ignem reſonant, cunctoſq. rhythmos faciunt hiſce voculis, *Fuoco, e Ghiaccio*.

Carmina Græca, & Latina diuerſorum Auctorum tam veterum, quàm recentiorum ſimul collecta, multiſq. Tomis comprehenſa.

Theſaurus Poeticus in quinque diuiſus claſſes, quibus omnium vocabulorum quantitates iuxta Archipoetarum auctoritates demonſtrantur, necnon cuiuſcumque generis verſus Carmina, & Odas, vel Pſalmos componendi ratio explicatur,

Epitheta omnia cunctis rebus data, corpus in vnum collecta, cuilibet facienti Verſus vtilia.

De Arte Metrica, & de imitatione poetica Scriptores diuerſi.

Concordantiæ Poetarum, Philoſophorum, ac Theologorum, necnon Theologica Poeſis.

Artis Poeticæ ſimulacrum, & Encomium, deq. ea diſputantium Paradoxa.

ARS

ARS. GRAMMATICALIS.

HEBRAICA, Græca, Latina, Arabica, Syriaca, Chaldaica, & Armena. Libri permulti ad Grammaticæ artem pertinentes, varijs linguis conſcripti. Obſeruationes item in Latinam linguam; Locutiones Ciceronianæ, ſeu Elegantię pluribus Tomis comprehenſæ.

Theſaurus Ciceronianus, & Latinæ linguæ diuerſorum Auctorum.

De Grammatica Latina, & Græca varij Scriptores.

Grammaticæ Latinæ Auctores antiqui omnes, pluribus Tomis comprehenſi.

Auctores Latinæ linguæ corpus in vnum collecti.

Grammatilogia, Grammatica Speculatiua, & alia Strigilis nuncupata, Grammaticaleq. bellum, idq. genus alia variè inſcripta.

Simulacrum Grammaticæ artis, & Encomium, deq. ea diſputantium Paradoxa, necnon Hieroglyphicum per Echo repræſentatum.

De Arte ſcribendi Auctores, & De Orthographia Scriptores diuerſi, deq. verborum copia complures.

Dictionaria variarum linguarum, & Lexicon Calepini ſeptem linguarum, aliud verò vndecim.

Mul-

Multa denique ſunt ad Latinam linguam, politioreſque litteras, necnon ad eas, quæ nomen ab humanitate ſumpſerunt, pertinentia, quorum omnium magna extat congeries.

RES. LITTERARIA
Commiſta.

ANTIQVAE Lectiones, variç Lectiones, diuerſarum rerum Officinæ, Cornucopiæ.

Collectaneæ Res, Miſcellaneç, Res quotidianæ, Criticæ, Curioſæ, Feſtiuæ. Ludicræ, Iocoſæ, & honeſtæ.

Rerum, & Artium, aut facultatum, ac ſciẽtiarum magna congeries ſub diuerſis librorum titulis.

Græci etiam Auctores permulti diuerſarum facultatum.

Theſauri etiam, & Indices permulti, Theatraq. omnium Artium, ac ſcientiarum.

De Rerum omnium Inuentoribus, & Rerum omnium origine Scriptores diuerſi ſub diuerſis librorum titulis.

Omnium Artium, ac Scientiarum Collectio critica, in qua locis ferè innumeris Theologorum, Iuriſconſultorum, Medicorum, Philoſophorũ, Oratorũ, Hiſtoricorũ, Poetarũ, Grammaticorum, &c. Scripta, vel ſupplentur, vel illuſtrantur, vel corriguntur, vel notantur.

Bi-

Bibliothecarum varia genera res diuerſas complectentia.

Etymologica Latina, Græca, & Hebraica ad omnium rerum Etymologiam indicandam, cuiuſcunque litteraturæ Profeſſoribus vtilia.

Nomenclaturæ omnium item Artium, ac Scientiarum, Rerumq. omnium propria nomina, linguis diuerſis explicata, indicantes, omnibus cuiuſcunque politioris litteraturæ Profeſſoribus neceſſarij.

Onomaſtica tam Virorum, & Feminarum, quàm locorum, aliarumq. rerum propria nomina indicantia, Hiſtoricis, ac Poetis, necnon ſtudioſis omnibus valde commoda.

Onomaſtica Familiarum Nominũ propriorum, Cognominum, & Agnominum, Hiſtoriarum ſtudioſis vtilia.

Magna rerum congeries varijs librorum titulis inſignita, quæ tam dicta, quàm facta, exemplauè ad omnem totius vitæ humanæ ſtatum pertinentia, notatuq. digna, tamquam in ampliſſimo theatro ſpeſtanda repræſentat.

Aliarum item rerum magna congeries, Luculentiſſimis etiam librorum titulis diſtincta, omnes artes, ac ſcientias humanas, omneſq. doctrinas tam Sacrarum Scripturarum, quàm Conciliorum, Sanctorumq. Patrum ad fidem orthodoxam pertinentes, tamquam in conſpicuo loco repræſentatas comprehendit.

De

De ſimulacro Reipublicæ, ſiue de Imaginibus Politicę, & Oeconomicæ virtutis Panegyrici, in quibus Artium, & Scientiarum ferè omnium, aliarumque rerum multarum ſimulacra, Encomia, Paradoxa diſputantium, Synonimorum interpretationes, Apophtegmata, ſententiæ ſcilicet breues, & acutæ, Metaphorę, Apologi, Adagia, Allegoriæ, Similitudines, Emblemata, Symbola, Hieroglyphica, Ritus, & mores Gẽtium antiquarum, Fabularum interpretationes, Exemplorumq. de pręnarratis rebus teſtimonia enarrantur.

Scriptores item non deſunt, qui Prouerbia Italica ſub Theſauri titulo collegerunt, expoſitionibuſq. illuſtrarunt. Qua in re prę-ſtanda origo, & vſus eorundem explicantur, multaq. ad rem prouerbialem pertinentia lectu iucunda declarantur.

Libri varij in quibus rerum ferè innumerarum, ac diuerſarum cauſæ indagantur, & explicantur.

Diuerſi quoque libri, & multi quidem ſuperciliolis titulis, curioſis, feſtiuis, faſtoſis, & aliquot, quamuis honeſtis, riſu tamen dignis inſigniti.

Varia de Collegijs, & Academijs omnibus, aut Gymnaſijs: necnon de Bibliotheca Vaticana, deq. alijs inſignioribus Bibliothecis, antiquis, ac recentioribus, necnõ de omnibus rebus ad Bibliothecam pertinentibus.

Numen-

Nomenclaturæ denique ad vniuerſam Rem librariam, librorumq. materiam pertinentes, diuerſis explicatæ linguis.

VARIA. LINGVARVM Genera.

DE varijs Linguarum generibus Auctores diuerſi.

De triplicis Alphabeti, Hebraici, ſcilicet, Græci, ac Latini conſonantia, in qua ſcitu digna explicantur; deq. omnium ferè Linguarum, quæ in mundo ſunt, dialectu, quæ peculiarem linguæ notam pręſefert, vel propriam, vel communem cuiuslibet Gentis characterem oſtendit: & hac in re præſtanda non ſcitu tantum digna, ſed lectu etiam iucunda inueniuntur.

Introductiones item in treſdecim Linguas, & Alphabetum in triginta, & octo idiomata, multis linguarum rebus pracipuis ac ſcitu dignis, explicatis.

Grammatica Hebraica, Syriaca, & Chaldaica, Arabica, Armena, & aliarum Linguarum exterarum, necnon multa diuerſarum linguarum Dictionaria, quæ ſunt Græcorum, Arabicorum, Syrorum, & Chaldæorum, cum interpretatione Latina, necnon Etymologica, Hebraica, Græca, & Latina; propriorumq. Nominum rerum omnium Nomenclaturæ, ſeptem linguis explicatæ, Hebraicæ

braicæ quoque linguæ Theſauri complures diuerſis titulis, & auctarijs inſigniti.

Codices ex cortice arundinea Sinis conſcripti, & Siniacè item Sinis impreſſi cum dictionario Sinohiſpanico manuſcripto.

Libri denique permulti variarum materiarum, non ſolum Latinè, Italicè, Hiſpanicè, Germanicè, Polonicè, atque Gallicè; ſed etiam Hebraicè, Chaldaicè, Arabicè, atque Græcè, partim impreſſi, partim verò manuſcripti hac in Bibliotheca aſſeruantur.

Proſæ, atque Carmina diuerſorum Auctorum Italicè conſcripta, quorum magna extat congeries.

Scriptores item permulti de Italicæ linguæ Grãmatica, regulis, aut præceptis, deq. in eandẽ Linguam obſeruationibus; Necnon de vocibus aut vocabulis eiuſdem Linguę, corruptis, quę ab Hebraico, Græco, & Latino fonte, atque à barbaris linguis originem habent. Dictionaria etiam in eandem Linguam complura, multaq. alia ad Italicam Linguam pertinentia ſub diuerſis librorum titulis conſcripta.

Scriptores denique non pauci de modo formandi omnia Characterum, ſiue Litterarum genera, quæcunque illa ſint, cunctarum ſcilicet Linguarum, aut Nationum; Necnon de atramenti, ac de calami, quo ſcribi ſolet, & de chartæ qualitate; deq. ipſo calamo aptando, vel apparando, ſiue ad rectè ſcribendum, ſiue ad characteres rectè formandos temperando.

DE

DE. ARCANO. SCRIBENDI modo; Deq. Notis Romanorum compendiarijs.

SIBYLLINA Oracula Greca, & Latina. Sibyllarum Icones ære inciſę, & Vaticinijs illuſtratę.

Teſtimonia de Sibyllis plurima.

Sibyllæ quot, quibusuè temporibus, aut locis fuerint, earumq. nomina.

Vaticinia Virorum illuſtrium pluribus comprehenſa Tomis, tam manuſcripta, quàm typis mandata, & magna ex parte commentarijs illuſtrata.

Symbolicæ quæſtiones de vniuerſo genere, tam æneis figuris, quàm ſententijs breuibus, earundemq, explicationibus illuſtratæ.

Symbola diuina, & humana Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum; illuſtrium item, & priuatorum hominum inſignia pluribus Tomis comprehenſa, quæ breuibus item ſententijs, ac figuris, aut imaginibus conſtant, & vulgo *Impreſe* vocitantur; quęq. vna, vel pluribus conſtant Imaginibus, breuibuſq. quibuſdam, & inuolutis ſententijs, quibuſdamq. quaſi ænigmatibus, quę rem aliquam occultam, & reconditam ſignificant. Huius generis rerum Scriptorum magna extat congeries.

De

De occultis, vel furtiuis litterarum Notis, quas Ziferas vulgò appellant, multis veterum Scriptorum hac in re locis explicatis, Auctores complures.

De Litteris, vel de Notis Romanorum compendiarijs interpretandis, quas breuiaturas vulgò appellant, Scriptores complures.

Carmina permulta Conſtantini temporibus in eius laudem miro artificio conſcripta, ſed noſtro ſeculo impreſſa, & ſcholijs illuſtrata, à læua parte ad dextram Latino more leguntur; deinde ad vtranque partem ſurſum & deorſum, ac per lineas obliquas, aut tranſuerſas, perq. varias poſitionum differentias; necnon per multiplices figurarum diſpoſitiones in corpore Verſuum effictas, & minio, ſiue rubeo colore ſignatas, legenda ſeſe offerunt. Quæ tamen omnia omnibus hiſce modis lecta ſenſus reddunt Panegyricos, & quidem varios.

Hieroglyphica denique ære inciſa, quæ ſunt imagines variæ, litteras, aut ſcripturas Aegyptiorũ, aliarumq. Gentiũ repræſentantes.

Scriptores item de Hieroglyphicis, quæ in Obeliſcis Romę inciſa viſuntur, deq. Obeliſcis ijſdem.

Emblemata diuerſa à compluribus Auctoribus conſcripta, tam figuris, vel Iconibus, quàm Symbolis repræſentata.

De Scriptoribus tam Sacris, aut Eccleſiaſticis, quàm

quàm cuiuſcunque generis Indices; Catalogi, & Bibliothecæ non deſiderantur.

MANVSCRIPTA.

MAGNA denique Manuſcriptorum veterum Codicum ad materias diuerſas pertinentium congeries, vel collectio, in hac aſſeruatur Bibliotheca, tam ex ijs monimentis, quæ nunquam in lucem fuerunt edita, quàm ex ijs antiquis, quæ impreſſioni olim fuerunt mandata.

Codices item recentiorum Auctorum manuſcripti nunquam impreſſi, inter alia manuſcripta reperiuntur.

ICONES. MAPPAE & alia.

BIBLIOTHECA inſuper Angelica tàm Sanctitate, quàm Doctrina, tamque item dignitate, quàm generis nobilitate Virorum illuſtrium Iconibus centuriatim exornatur.

Chartæ vero Nauigationum, & Deſcriptiones Ciuitatum, Prouinciarum, & Regionum delineatæ, ligno, & ære inciſæ, ac miniatæ, quas vulgò Mappas vocant, in loco ſatis amplo Bibliothecæ annexo, cum Inſtrumentis mathematicis, & Machinis, Aſtrolabijs, & Globis, alijſq. rebus curioſis aſſeruantur.

QVOTIDIANVM

Bibliothecæ incrementum.

Bibliotheca denique ipſa ſingulo ferè quoque die libris cuiuſcunque generis augetur; Necnon Iconibus illuſtrium Virorum, & Mappis, alijſq. rebus etiam atque etiam in dies exornatur.

Præter Indicem præcipuarum rerum, aut facultatum hoc in libello impreſſum, duobus item alijs Indicibus, vt infra videre licet, Studioſorum commoditati conſultum fuit, ad facilius, & promptius inueniendum quidquid vnquam in Bibliotheca Angelica iuxta Studioſorum voluntatem inueniri poteſt.

Duo igitur alij ſunt Indices, quorum alter trecentis, & amplius conſtans folijs, ordine Alphabetico, cuiuſcunque Auctoris indicat nomen, & cognomen.

Alter verò quingentis, & amplius folijs comprehenſus, materias quaſcunque contentas in omnibus Bibliothecæ Angelicæ libris, præſertim in ijs, qui plures continent materias, Alphabetico item ordine oſtendit. Vſus autem vtriuſque Indicis in eorundem fronte declaratur.

INDEX

RERVM PRAECIPVARVM

quæ in Bibliotheca Angelica aſſeruantur.

A

ALchimica res. 58
Angeli. 23
Anatomica, & Chirurgica res. 61
Animalis res. 56
Aquatilis, & Nautica res. 53
Architectura, Sculptura, & Proſpectiua. 69
Arcanus modus ſcribendi. 87
Arborea, & Herbaria res. 57
Arithmetica. 64
Aſtrologica, & Aſtronomica res. 66

B

BIblia Sacra. 1
Biblicæ Hiſtoriæ ſaltem annexa. 4
Bibliothecæ quotidianum incrementum. 90

C

CArdinalitia dignitas. 14
Clerus vniuerſus. 12
Chorographica res. 67
Coſmographica res. 67
Chirurgica, & Anatomica res. 61

Da-

Dæmones. 24

E

ECcleſiaſtica res. 16
Epiſcopalis dignitas 13
Equina res. 52
Equeſtris res. 51
Ethica, ſiue res Moralis. 38
Aedificatoria res. 43

G

GEographica res. 68
Geometrica res. 63
Grammaticæ Ars. 81

H

HErbaria, & Arborea res. 57
Hominis, vel humani generis vniuerſitas. 32
Hiſtorica res. 71

I

ICones, Mappæ, & alia. 89
Inquiſitio Sancta. 10
Ius Canonicum. 25
Ius Ciuile. 28

L

Linguarum varia genera. 85
Litteraria res commiſta. 82
Litteræ, vel Notæ Romanorum compendiariæ. 88
Litterę furtiuæ. 87

M

Manuſcripta, tum antiqua, tum recentiora. 89
Mappæ, Icones, & alia. 89
Mathematica. 62
Medica res. 59
Militaris res. 50
Moralis res, vel Ethica. 38
Munus prædicandi. 22
Muſica Eccleſiaſtica. 11
Muſica in vniuerſum. 65

N

Nautica, & Aquatilis res. 93
Notæ Romanorum compendiarię. 87
Notæ Litterarum furtiuæ. 87
Nummaria res. 77

O

Oeconomica res. 41

P

PApatus, vel Summus Pontificatus. 15
Picturæ ars. 70
Philoſophica res. 54
Poetica, & Poetæ. 79
Politica res. 45
Prædicandi munus. 22
Presbyteratus. 12
Principatus 46
Principantium ſpecies. 49
Proſpectiua, Sculptura, & Architectura. 69

R

REſpublica. 45
Rhetorica. 78
Ruſtica res. 44

S

SAncti. 23
Scribendi modus arcanus. 87
Sculptura, Proſpectiua, & Architectura. 69
Sublunaris res. 55
Subterranea res. 57
Sybillina Oracula Græca, & Latina. 87

T

THeologia Scholaſtica, & Poſitiua. 8
Theologia Practica. 9

V

Veſtiaria res. 42

Z

Ziferarum varia genera. 87. 88